



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentariorvm, Ac Dispvationvm, In Tertiam Partem
Divi Thomae. Tomi Qvinqve**

Qui Est Primvs De Sacramentis: In Qvo Ea Continentvr, Qvæ Post
Præfationem Indicantvr

Suárez, Francisco

[Köln], 1619

3 De loco, & apparatu Missæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93807](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93807)

Ecclesiasticam horam, quia his diebus consuevit prius hora nona in choro recitari, & deinde Missa cantari: quoad tempus vero ipsum diei, cessavit illa consuetudo, quia iam etiam prandium dierum ieiunij ad id meridianum tempus, & adhuc amplius anticipatum est: unde consequens etiam fuit, ut tempus celebrandi Missam anticiparetur. In his ergo omnibus iam nihil videtur esse sub precepto: nisi quod solemnis Missa consueto tempore fiat pro populi commoditate, quamvis anticipari, vel postponi aliquantulum possit ex causa rationabili. Per Missam autem solemnem, semper intelligimus Missam illam, quae Missa diei dicitur: non enim hic omnis Missa, quae cum cantu dicitur, solemnis appellatur: haec enim, iuxta varias consuetudines & detractiones, fere indifferenter toto matutino tempore dici potest, sicut Missa priuata. Ita enim habet consuetudo, neq; aliqua Ecclesiastica constitutio in contrarium oblat.

ARTICVLVS III.

Verum oporteat hoc sacramentum celebrari in domo & vasis sacris.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod non oporteat hoc sacramentum celebrari in domo & vasis sacris. Hoc enim sacramentum est representatiuum Dominicae passionis. Sed Christus non est passus in domo, sed extra portam civitatis, secundum illud Heb. vlt. Iesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Ergo videtur, quod hoc sacramentum non debeat celebrari in domo, sed magis sub dio.

2. Præterea, In celebratione huius sacramenti debet Ecclesia imitari morem CHRISTI, & Apostolorum. Sed domus, in qua primo Christus hoc sacramentum consecravit, non fuit consecrata, sed fuit quoddam commune coenaculum, à quodam patre familias preparatum, ut habetur Luca 22. Legitur etiam Actor. 2. quod Apostoli erant perdurantibus vnam in templo, & frangentes circa domos panem, & sumebant cibum cum exultatione. Ergo nec modo oportet domos esse consecratas, in quibus hoc sacramentum celebratur.

3. Præterea, Nihil frustra in Ecclesia fieri debet, quæ Spiritu sancto gubernatur. Sed frustra videtur adhiberi consecratio Ecclesie, vel altaris: & huiusmodi rebus inanimatis, quæ non sunt susceptivæ gratiæ vel spiritualis virtutis. Inconuenienter igitur huiusmodi consecrationes in Ecclesia sunt.

4. Præterea, Solum diuina opera debent recoli cum quadam solemnitate, secundum illud Ps. 91. In operibus manuum tuarum exultabo. Sed Ecclesia, vel altare, opere humano consecrantur, sicut & calix, & ministri, & alia huiusmodi. Sed horum consecrationes non recoluntur celebriter in Ecclesia. Ergo neq; consecratio Ecclesie vel altaris, cum solemnitate recoli debet.

5. Præterea, Veritas debet respondere figura: sed in veteri Testamento, quod gerebat figuram noui, non fiebat altare de lapidibus sanctis. Dicitur enim Exod. 26. Altare de terra facietis mihi, quod si altare lapideum feceris mihi, non edificabis illud de sanctis lapidibus. Exod. etiam 22. mandatur fieri altare de lignis Serbim vestris are, vel etiam auro. ut habetur Exodi 35. Ergo videtur inconuenienter obseruari in Ecclesia, quod altare fiat solum de lapide.

6. Præterea, Calix cum patina representat sepulchrum Christi, quod fuit excisum in petra, ut in Euangelij habetur, ergo calix debet de petra fieri, & non solum de argento, vel auro, vel stanno.

7. Præterea, Sicut aurum pretiosius est inter materias vaporum ita panni serici pretiosiores sunt inter alios pannos. Ergo sicut calix fit de auro: ita palla altaris debent de serico fieri, & non solum de panno lineo.

Franc. Suarez Tom. 3.

8. Præterea, Dispositio sacramentorum, & ordinatio eorum ad ministros Ecclesie pertinet, sicut dispositio rerum temporalium subiacet ordinationi principum secularium, unde & Apostolus dicit, 1. Corinth. 4. Sic nos existimet homo, ut ministros CHRISTI, & dispensatores mysteriorum Dei. Sed si circa dispositionem rerum temporalium aliquid fiat contra statuta principum, habetur irritum. Ergo si hæc, quæ dicta sunt, & conuenienter sunt statuta per Prælatos Ecclesie, videtur, quod sine his corpus CHRISTI confici non possit. Et sic videtur sequi, quod verba CHRISTI non sint sufficientia ad hoc sacramentum conficiendum, quod est inconueniens. Non ergo videtur conueniens esse, quod hæc circa celebrationem huius sacramenti statuerentur.

Sed contra est, quod ea, quæ per Ecclesiam statuuntur, ab ipso Christo ordinantur, qui dicit, Matth. 18. Vbi cum fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

Respondeo dicendum, quod in his, quæ circumstant hoc sacramentum, duo considerantur. Quorum vnum pertinet ad representationem eorum, quæ circa Dominicam passionem sunt acta. Aliud autem pertinet ad reuerentiam huius sacramenti, in quo Christus secundum veritatem conuenitur, & non solum in figura. Unde & consecrationes adhibentur his rebus, quæ veniunt in usum huius sacramenti, tum propter sacramenti reuerentiam, tum ad representandum effectum sacramenti, qui ex passione Christi procedit, secundum illud Heb. vlt. Iesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, &c.

Ad primum ergo dicendum, quod regulariter hoc sacramentum celebrari debet in domo, per quam significatur Ecclesia, secundum illud 1. ad Timoth. 3. Ut scias, quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei vivit. Extra Ecclesiam enim non est locus veri sacrificij, ut Augustinus dicit. Et quia Ecclesia non erat concludenda sub finibus gentis Iudaicæ, sed erat in vniuerso mundo fundanda, ideo passio CHRISTI non est celebrata intra civitatem Iudæorum, sed sub dio, ut sic totus mundus se haberet ad passionem CHRISTI, ut domus. Et tamen, ut dicitur de consecratione, distinct. 1. cap. Concedimus, in itinere positus, si Ecclesia defuerit, sub dio, seu in tentorio, si tabernaculum altaris consecrata, ceteraq; sacra mysteria ad id effectum permissa in mediis, ibi assuerunt, Missarum solemnia celebrari concedimus.

Ad secundum dicendum, quod domus in qua hoc sacramentum celebratur, Ecclesiam significat, & Ecclesia nominatur, conuenienter tamen consecratur: tum ad representandam sanctificationem, quam Ecclesia consecrata est per passionem Christi, tum etiam ad significandam sanctitatem, quæ requiritur in his, qui hoc sacramentum suscipere debent. Per altare autem significatur ipse Christus: de quo dicit Apostolus, Heb. vlt. Per ipsum offerimus hostiam laudis Deo. Unde & consecratio altaris significat sanctitatem Christi, de qua dicitur, Lu. 1. Quod ex te natus est sanctum, vocabitur Filius Dei. Unde de consecratione, dist. 1. dicitur: Altaria placuit, non solum veneratione chrisimatis, sed & Sacerdotali benedictione sacrari. Et ideo regulariter non licet celebrare hoc sacramentum, nisi in domibus consecratis. Unde, sicut habetur de consecratione, dist. 1. Nullus presbyter Missam celebrare presumat, nisi in consecratis ab Episcopo locis. Propter quod etiam, quia Pagani non sunt de Ecclesia, nec alij infideles, & ideo eadem distinctione legitur: Ecclesiam, in qua mortuorum cadavera infidelium sepeliuntur, sanctificare non licet: sed si apta videtur ad consecrandum, inde euulsis corporibus & rasis parietibus, vel tignis eius loci, readificetur: sed si hæc consecrata prius fuerit, Missas in ea celebrare licet: tamen si fideles fuerint, qui in ea sepulti sunt. Præter necessitatem tamen potest hoc sacramentum peragi in domibus non consecratis vel

De cons. d. 1.
Missarum.

violatis, sed tamen de consensu Episcopi. Unde in eadem distinctione legitur. * Missarum solemnitas, non ubique, sed in locis ab Episcopo consecratis, vel ubi ipse presiderit, celebranda esse censetur. Non tamen sine altari portatili per Episcopum consecrato. Unde in eadem distinctione legitur. * Concedimus, si Ecclesia fuerint incense vel comburata, in Capellis cum tabula consecrata, Missas iterum celebrari. Quia enim sanctitas Christi fons est totius Ecclesiasticæ sanctitatis, ideo in necessitate sufficit ad peragendum hoc sacramentum, altare sanctificatum. Propter quod etiam nunquam Ecclesia sine altari consecratur; tamen sine Ecclesia quandoque consecratur altare cum reliquis Sanctiorum, quorum vita abscondita est cum Christo in DEO. Unde in eadem distinctione legitur. * Placuit, ut altaria, in quibus nullum corpus aut reliquæ Martyris condite probantur, ab Episcopis, qui eisdem locis presunt, si fieri potest, eventantur.

De cons. d. 1.
c. Placuit.

Ad tertium dicendum quod Ecclesia & altare, & alia huiusmodi manumata consecrantur, non quia sint gratia susceptiva, sed quia ex consecratione adipiscuntur quamdam spiritualem virtutem, per quam apta redduntur diuino cultui, ut scilicet hominis devotionem quandam exinde percipiant, ut sint paratiores ad diuina, nisi hoc propter irreuerentiam impediatur. Unde 2. Machab. 3. dicitur. Vere Dei virtus quedam est in loco, nam ipse, qui habet in calis habitationem, visitator & adiutor est loci illius. Et inde est, quod huiusmodi ante consecrationem emundantur & exorcizantur, ut exinde virtus inimici pellatur. Et eadem ratione Ecclesia, qua sanguinis effusione, aut cuiuscumque semine, pollutæ fuerit, reconciliantur, quia per peccatum ibi commissum apparet, ibi aliqua operatio inimici. Propter quod etiam in eadem distinctione legitur.

De cons. d. 3.
c. Ecclesiarum Arrianorum.

* Ecclesias Arrianorum ubique inueniuntur Catholicas, eas diuinis precibus & operibus absque vlla mora consecrate. Unde & quidam probabiliter dicunt, quod per ingressum Ecclesie consecrata, homo consequitur remissionem peccatorum venialium, sicut & per aspersionem aquæ benedictæ inducentes, quod in Psalm. 84. dicitur: Benedixisti Domini terram tuam, & emisit iniquitatem plebis tuæ. Et ideo propter virtutem, que ex consecratione Ecclesie acquiritur, consecratio Ecclesie non iteratur. Unde in eadem distinctio ex Concil. Niceno legitur. * Ecclesia semel Deo consecrata, non debet iterum consecrari adhiberi, nisi ab igne exusta, aut sanguinis effusione, aut cuiuscumque semine pollutæ fuerint, quia sicut infans a quacumque sacerdote in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti semel baptizatus, non debet iterum baptizari: ita nec locus Deo dicatus, est iterum consecrandus, nisi propter eas causas, quas superius nominauimus, si tamen fidei sanctæ Trinitatis tenuerunt, qui consecrauerunt, alioquin, qui sunt extra Ecclesiam consecrare non possunt. Sed sicut in eadem distinctione legitur, Ecclesia vel altaria, que ambigua sunt de consecratione, consecrantur. Propter hoc etiam, quod aliquam spiritualement virtutem adipiscuntur per consecrationem, in eadem distinctione statutum legitur. * Ligna Ecclesie dedicata non debent ad aliud opus ungi, nisi ad aliam Ecclesiam, vel ligni comburenda, vel ad profectum in Ligna Ecclesie. Monasterio fratribus, in laicorum autem opera non debent admitti. Et ibidem legitur. * Altaris palla, cathedra, candelabrum, & velum, si fuerint vetustate consumpta, incendio dentur: cineres quoque eorum in baptisterio inserantur, aut in fossis pavimentorum iactentur, ne introeuntium pedibus inquinentur.

De cons. d. 1.
cap. Ecclesia vel cap. 37.
Ligna Ecclesie.
De cons. d. 20.
cap. Altaris palla.

Ad quartum dicendum, quod quia consecratio altaris representat sanctitatem Christi, consecratio vero domus sanctitatem totius Ecclesie, ideo convenientius recolitur cum sanctitate & solemnitate consecratio Ecclesie vel altaris, quam aliorum, que consecrantur. Propter quod etiam octo diebus solemnitas dedicationis agitur ad significandam beatam resurrectionem Christi, & membrorum Ecclesie. Nec est opus solius

Ad quartum dicendum, quod quia consecratio altaris representat sanctitatem Christi, consecratio vero domus sanctitatem totius Ecclesie, ideo convenientius recolitur cum sanctitate & solemnitate consecratio Ecclesie vel altaris, quam aliorum, que consecrantur. Propter quod etiam octo diebus solemnitas dedicationis agitur ad significandam beatam resurrectionem Christi, & membrorum Ecclesie. Nec est opus solius

hominis consecratio Ecclesie & altaris: cum habeat spiritualement virtutem. Unde consecratione distinet eadem dicitur. * Solemnitas dedicationum Ecclesiarum per singulos annos solemniter celebranda, in lib. Regum, perfecta dedicatione templi, reperitur, 3. Reg. 8.

Ad quintum dicendum, quod, sicut legitur de consecratione, distinctio. 1. Altaria, si non fuerint lapidea, Christianitate veneratione non consecrantur. Quod quidem competit & significationi huius sacramentum, quia altare significat Christum. Dicitur autem 1. Cor. 10. Petra autem erat Christus: tum etiam, quia corpus Christi in sepulchro lapideo fuit reconditum. Competit etiam, quoad vsum sacramenti. Lapis enim & solidus est, & de facili potest inueniri vbiq, quod non erat necessarium in veteri Lege, ubi fiebat in vno loco altare. Quod autem mandatur altare fieri de terra, vel de lapidibus infectis, sunt ad idololatriam remouendam.

Ad sextum dicendum est, quod, sicut in dist. eadem dicitur, c. Vasa, quondam Sacerdotes non aureis, sed ligneis calicibus utebantur. Zepherin autem X. IV. Papa, patris virtutem dignam celebrari constituit, deinde vrbano omnia fecit argentea. Postmodum autem statutum est, ut calix Domini cum patina, siue ex auro omnino, siue ex argento fiat, vel saltem ligneus calix habeatur. De aure autem, aut ex aurichalco non fiat: quia hoc vini virtute eruginem parit, pariterq, vomitum pronocat. Nullus autem in ligneo, seu vitreo calice presumat Missam cantare: quia scilicet, lignum profum est, & sanguis consecratus in eo remaneret, vitrum autem fragile est, & post fractionis periculum imminere: & ea ratio est de lapide. Et ideo propter reuerentiam sacramenti statutum est, ut ex prædictis materis calix fiat.

Ad septimum dicendum, quod, ubi potuit sine periculo fieri, Ecclesia statuit circa hoc sacramentum, id, quod expressius representat passionem Christi. Non erat autem tantum periculum circa corpus, quod ponitur in corporali, sicut circa sanguinem, qui continetur in calice. Et ideo, licet tunc non fiat de petra, corporale tamen fit de panno lineo, quo corpus Christi fuit involutum. Unde in Epist. Syluestri Papæ in eadem dist. legitur. Consulto omnium statimus, ut sacrificium altaris non in serico panno, aut intrinco, quicquam celebrare Missam presumat, sed in panno lineo ab Episcopo consecratis, sicut corpus Christi in syndone lineæ & mundæ sepultum fuit. Competit etiam pannus lineus propter sui munditiam, ad significandam conscientia puritatem, & multiplicem laborem, quo talis pannus preparatur, ad significandum Christi passionem.

Ad octauum dicendum, quod dispensatio sacramentorum pertinet ad ministros Ecclesie, sed consecratio eorum est ab ipso Deo. Et ideo ministri Ecclesie non habent aliquid statueri circa formam consecrationis, sed circa vsum sacramenti, & modum celebrandi. Et ideo, si Sacerdos verba consecrationis proferat super materia debita, cum intentione consecrandi, absque omnibus prædictis, scilicet, domo, & altari, calice, & corporali, consecratis & ceteris huiusmodi per Ecclesiam institutis, consecrat quidem in rei veritate corpus Christi, peccat tamen grauiter, ritum Ecclesie non seruans.

DISPUTATIO LXXXI.

De loco, & vasis sacris, in quibus sacrificium Missæ celebrandum est.



Ost circumstantiam temporis tractat Diuus Thomas de circumstantia loci, in quo Possumus autem triplicem locum huiusmodi sacrificij, seu sacramenti distinguere, communem, scilicet proprium, & particularem.

prissimum, fere Philosophorum more. Communē appello templum, intra quod sit sacrificium: propriū altare, quod intra templum collocaur, & peculiariter ad sacrificium peragendum dedicatur: propriissimum vero appello, vas ipsum, quod corpus: vel sanguinem Christi continet. De his ergo omnibus sigillarim dicemus: simulq; de alijs vasis & rebus sacris, quæ ad hoc ministerium remoti deferuntur, & sunt veluti instrumenta huius sacrificij, vel ornamenta illius loci, in quo sacrificium peragitur: nam hæc omnia inter se connexa sunt, & fere eandem doctrinam requirunt, & illa omnia D. Thom. atigit in præfenti articulo.

SECTIO I.

Vtrum oportuerit in Ecclesia Christi templa, & loca sacra dicari ad sacrificium, & alia religionis opera peragenda.

Persecutores templorum Christi ad duo capita uocantur.

Quia templa Christianorum persecuti sunt, ad duo capita reuocantur, vt doctē Bellarmin⁹ notauit, libr. 3. de cultu Sanctorum, cap. 1. Quidam enim tanquam manifesti hostes Christi, quia religionē Christianam odio habebant, Christianorum etiam templa destruere conati sunt, vt Diocletianus apud Eusebium, li. 4. histor. c. 2. & alij similes, & cum his non est nobis modo discrepatio: quamuis enim impie agerent, tamen ex falso principio, necessariam consecutionem inferebant: si enim religio mala est, & euerrenda, templa etiam, & loca ad actus talis religionis exercendos dicata simul destrui necesse est: hac enim ratione etiam nos Gentium templa auersamur, & quantum in nobis est, destruimus, vt monemur Deuteronom. 7. & 12. recte tractat August. serm. 6. de verbis Domini, circa finem, & similiter, quia Iudaica religio cessauit, ideo etiam Iudaicum templum euersum est, quamuis sapius Iudæi illud instantare conati fuerint, sepe sunt diuina providentia, & celestibus signis impediti: vt in historijs Ecclesiasticis vulgare est. Igitur contra huiusmodi nostrorum templorum euersores nō aliter disputandum est, quam nostram religionem defendendo, seu veritatem eius & credibilitatem demonstrando, quod fit in materia de fide. Alij ergo fuerunt hostes templorum Christi sub nomine Christiano: profitebantur enim se in Christum credere, & Christianam religionem defendere: ei tamen contrariam esse putabant templorum erectionem: ideoq; illa destruere conati sunt. Huius erroris primus author videtur fuisse Eustach. Constant. & Syluestri tempore, vt significat Nicephorus lib. 9. historia, e. 16. clarius Socrates lib. 2. c. 13. idemq; sensisse Messalianos constat ex August. sermo. contra Arrianos & Donatist. & Epist. 80. ad Bonifacium, & Damascen. lib. de hæres. & de Manichæis idem significat August. 20. contra Faustum c. 3. & 4. Atq; eodem in errore versati sunt fere omnes posteriores hæretici, Petrobrusiani, Albigenes, Valdenses, Viclefista, Lutherani, & reliqui fere omnes, vt videre licet in Præteolo sub eorum nominibus, & alijs qui contra hæreticos scripserunt. Sed hi omnes non eodem modo, neq; ex eodem fundamento, templa detestantur. Quidam enim simpliciter templum reiciunt, quoad omnem ysum religionis: quia Deus spiritus est, eumque in spiritu & veritate oportet adorare. Ioannes 4. non ergo in loco corporeo ac determinato Deus colendus est: Non enim in manu factis templis habitare, aut manibus humanis colitur: vt dicitur Act. 7. & 17. Alij vero, quia sacrificium nouæ legis negant, templum solum formaliter, quatenus templum est, reijciunt: nam, teste August. 8. de Ciuit. c. 27. cont. Maximinum, aliquatulum à principio, templum vt sic, ad sacrificium offerendum destinatur: & ideo, si in Ecclesia non est sacrificium, neq; templum, vt templum esse potest: non negant tamen hi hæretici posse in Ec-

Eustachij error.

Præteolus.

Ioann. 4.

Act. 7. & 17.

Augustinus.

Fr. Suarez Tom. 3.

clesia esse loca publica destinata, in quibus fideles ad orandum, vel ad verbum Dei audiendū conueniant. Quibus videtur fauere Hieron. in Epist. 53. ad Riparium, dicens, Iulian. Apostatam Ecclesias Christianorum, aut eueruisse, aut in templa conuertisse: significat ergo Ecclesias Christianorum non fuisse templa. Vnde etiam Optat. lib. 6. contr. Parmenian. Qui nostrum (inquit) intrauit templū? Adiungit deniq; verba Io. Apoc. 21. Et templum non vidi in ea: quæ de Ecclesia militante dicta putant, quia de eadem statim dicit: Ambulabunt Gentes in lumine eius, & c. quæ verba de militante Ecclesia dicta fuerūt ab Ilat. c. 60. Alij deniq; non tam templa, quam eorum ornatum, benedictionem, vel consecrationem impugnant, de quibus postea videbimus.

Apoc. 21.

Concluf.

Dico tamen primo: & sanctum, & necessarium esse destinari in Ecclesia publica loca, in quibus singulariter colatur Deus, & plebs Christiana ad religionis opera perficienda conueniat. Conclusio est de fide, vt constat ex vfu Ecclesiar, & antiquissima traditione. Quæ primum fundari pot in Scriptura sacra, ad Cor. 11. Conuenientibus vobis in vnum, iam nō est Dominicam cœnam manducare: & infra: Numquid domus non habebitis ad manducandum & bibendum, aut Ecclesiam Dei cōtemnitis? Ibi n. Ecclesia, non fidelium congregationem, sed locum illum seu templum, in quo fideles ad Christi corpus manducandum, & conueniebant, significat, vt Chryf. Ambr. & reliqui authores Græci & Latini intelligunt: constat enim, nō potuisse fideles conuenire in vnum, nisi in aliquo certo loco, ille autē locus non erat domus priuata alicuius: nam illum locum à priuatis domibus distinguit, & Ecclesiam illam appellat, cū dicit: Numquid domos non habetis ad manducandum? Qui esturit, domi manducet: & c. 14. est locus expressus: Mulieres in Ecclesijs taceant, si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. Hinc Basil. in reg. breuior. Reg. 310. ex priori loco colligit, non esse Eucharistiam in comuni domo celebrandam, sed in Ecclesia: neq; cōmunes epulas in Ecclesia esse manducandas, sed in priuata domo. Similiter Helych. lib. 2. in Leuit. c. 8. ex hoc loco colligit, Eucharistiam esse celebrandam in Ecclesia, id est, in loco sancto. Atq; hanc esse significationem huius vocis valde vtitatā, constat ex antiquijs Patribus & decretis: nam licet (Ecclesia) primaue significatione congregationem hominum significet, vt est commune apud Græcos, & notat Cyril. catech. 18. & patet ex illo Act. 19. (Erat Ecclesia confusa) tamē inde translata est vox ad significandum locum continentem animatam Ecclesiam, vt ex prædicto loco Pauli notauit Aug. libr. 3. in Leuit. q. 57. quæ significatio etiam in Testamēto veteri reperitur, Iudith. 6. Et per totam noctem intra Ecclesiam orauerunt. Vnde est etiam illud Tertull. li. de idololatria c. 7. Ingemens Christianum ab idolis in Ecclesiam venire, de aduersaria officina in domum Dei venire: vbi, quam prius Ecclesiam, postea domum Dei appellat, & in sequentibus docet, in illa domo Eucharistiam sumi & distribui: & ibi Pamel. multa alia loca congerit: tum etiam Tertulliani: tum etiam aliorum Patrum, & apud Clē. lib. 6. const. 61. & 63. est optimus locus: Ibi enim & illa voce (Ecclesia) in vtrāq; significatione sæpe vtitur, & formam ac modum Ecclesiasticæ templi describit. Athanasius etiam in Apologia ad Constantium longum habet sermonem de Ecclesijs, de vfu earum, & de magnitudine, quam requirunt multitudini populi accommodatam.

Chryfostomus. Ambr.

Basil.

Cyriil. Act. 19.

Augusti.

Pamel.

Athanas.

Secundo ostendi hæc veritas potest ex antiqua traditione sumpta ex sacris Cœcilijs, sanctis Patribus, & secundum de Ecclesiasticis historijs: quæ omnia persequi longū esset. Vnde, quia res est vulgaris, & caris fere difficultate, pauca breuiter attingā. Igitur in sexta Synodo, Synod. 61. Cano. 74. Trullano: Non oportet (dicitur) in Dominicis locis vel Ecclesijs agapas facere, aut intus in eisdē comedere & accubitus sternere: & in Con. Laod. c. 28. Conc. Laod.

Secundo a- stenditur de vtrius.

Synod. 61.

Conc. Laod.



eadem est prohibitio, & vocantur: Domicilia diuina & Ecclesiae. In cap. autem. Non oportet, dist. 41. idem Canon. refertur sub nomine Basilicarum, & in c. Si quis obiecit, 1. qu. 3. vocantur (Ecclesiae corporales) & vendi, & emi prohibetur, propter locorum sanctitatem, & eodem nomine appellantur in Concil. Aurel. I. Canon. 19. & habetur in cap. Omnes Basilicae. 16. qu. 7. Vnde Hieronym. in Epitaphio Nepotiani, seu Epist. 3. & August. lib. 1. de ciuitate, c. 4. Basilicas Christi, eas appellant, quas Aug. cum templis Gentilium confert, nimiumq; excellere declarat, & de Eccles. dogmat. cap. 73. eas nominibus martyrum interdum dicit esse nominatas, quia, vel Deo in honorem martyrum dicantur; vel in eis reliquiae martyrum recondantur. Vnde martyria interdum appellantur, vt constat ex Isidor. lib. 15. Originum, ca. 4. & ex August. 22. de Ciuitat. cap. 8. & Euseb. lib. 4. de vita Constantini, c. 40. & Chrysostr. homil. 11. in. ad Thessalonicens. & ex Nicephor. lib. 8. histor. capitul. 50. vbi refert: templum Hierosolymis a Constantino aedificatum in caluariae loco (Magnum martyrium) fuisse appellatum: frequentius tamen dicuntur (domus Dei) more Scripturarum, Mat. 21. Marci 11. Luc. 19. Ioan. 2. & ita appellatur in Conc. Gangrensi, c. 5. vbi damnatur contrarius error: quia nimirum soli Deo proprie consecrantur, vt saepe reperit August. locis supra citatis, & 20. contra Faust. cap. 21. & attigit Leo Mag. serm. 7. de Natuit. Vnde Hilar. Psal. 120. agens de Ecclesia, inquit: Consuetudo nostra, vel domus Dei solita est nuncupare vel templum. Vnde etiam solet appellari (Dominicum) Graece, κυριακόν, i. e. domus seu templum Domino dicatum, sicut dies Dominica sic appellata est, quia specialiter est Domino consecrata, vt August. notat serm. 15. de verbis Apostoli. Quamquam enim aliqui disputent, an idem sit (Dominicum) quod (Ecclesia) vel (templum) tamen non est necesse de nominibus disputare: quia res est eadem, licet etymologia nominum sit diuersa, vt patet ex citatis

Isidorus
August.
Euseb.
Chrysostr.
Niceph.

Conc. Gang.

Leo Mag.
Hilar.

Bonif.

Ruffin.

Perpetua Ec-
clesiae tradi-
tio.

Tertio est euidentis ratio, quia huiusmodi religio dicandi templa diuino cultui, non est mala, sed sancta, & valde consentanea rectae rationi etiam naturali; & in lege gratiae non est specialiter prohibita, neq; est minus necessaria, quam in quodlibet alio hominum statu: ergo merito in Ecclesia retineri debuit. Maior constat in primis ex vsu omnium nationum: vnaquaeque enim eo modo, quo Deum agnouit, illi templum dicare soluit, sed praecipue id constat, quia Deus ipse in lege veteri templum sibi aedificari praecipit, ex quo argumentum sumebant Manichaei, illum non fuisse verum Deum, vt author est August. li. contra Adimantum Manichaeum, c. 10. Quibus ipse recte respondet; eundem Deum, qui templum illud facere praeeperat in lege veteri illius honorem in Euangelio defendisse, domum suam, & domum orationis, illud appellando, Ioan. 2. nec solum templum, sed etiam alia synagoga à ludaeis erigebatur. De qua re laudatur Centurio, Luc. 7. vt notauit Amb. serm. 89. dicens: Commendatur à Domino, qui aedificauit synagogam: quanto magis commendandus est, qui

aedificauit Ecclesiam? Est ergo hoc ex se pietatis & religionis opus. Nec naturalis ratio in hoc inuenit inordinationem aliquam, sed potius maximam decentiam & moralem necessitatem, vt statim amplius declarabimus. Minor propositio quoad partem negatiuam per se nota est: vbi enim extat talis prohibitio neq; enim scripta est, neq; tradita: quin potius ex traditione constat euidenter contrarium; vt vidimus. Quoad partem autem positiuam constabit facile, discurrendo per omnes vtilitates seu fines, propter quos poterunt sacra templa quouis tempore erigi: illi enim omnes excellentiori modo in lege noua reperientur.

Dico ergo secundò. Praecipuus finis, propter quem & templa eriguntur in Christi Ecclesia, est, vt in eis Deo sacrificium offeratur; consequenter vero etiam fuit, vt in eis alia etiam sacramenta ministrarentur, & vt ibi ad orationem fideles conueniant: & ad sacras actiones, & lectiones, & vt reliquiae Martyrum & aliorum Sanctorum in eis custodiantur: & vt ipsi Sancti in eis honorentur; ac denique, vt fideles omnes in eis sepehantur. Tota haec conclusio certa fide constat, & sufficienterq; approbari potest ex vsu Ecclesiae. Tamen sigillatim probatur, breuiter discurrendo per partes singulas, & prior quidem de sacrificio probari in primis potest ex omnibus, quae de veritate sacrificij Eucharistiae adduximus, ideo enim ante legem gratiae templum Dei aedificabatur: quia sensibilia sacrificia erant Deo offerenda: & ideo oportebat sacrum aliquem locum ad illud sacrum ministerium esse deputatum, vt maxime constat de Hierosolymitano templo: sed in lege noua est etiam verum ac sensibile sacrificium, quod vbiq; inter gentes Deo offerendum est: ergo propter hunc finem necessarium fuit in Ecclesia Christi templa aedificari. Vnde Cyr. Cyprian. lib. de eleemosyna. In Dominicum, inquit, sine sacrificio venis? Et infra afferemus varia decreta in quibus non solum dicitur, huiusmodi loca sacra existri propter sacrificium, verum etiam non posse ordinarie sacrificium extra illi offerri. Praeterea templum dicit, quandam habitudinem ad sacrificium: ob eam enim causam, sicut sacrificium soli Deo offertur: ita & templum illi soli proprie dicatur, vt ex Aug. supra dictum est, qui idem habet epistol. 49. q. 3. & lib. conter. serm. Arrianorum capitul. 20. sed Ecclesiae Christianorum eriguntur, vt sint vera templa Deo dicata: ergo eriguntur, vt in eis sacrificium offeratur. Minor constat ex modo loquendi Sanctorum omnium, qui eo nomine nostras Ecclesias appellant, vsupra ex Hilar. notauit, & idem habet Ambros. lib. 2. de officiis c. 2. & c. 28. vocat, templum Dei, & aulam Domini. August. citatis locis, & 8. de Ciuit. c. 27. de Christianis loquens, dicit, non erigere templa Martyribus, sed Deo, quia non sacrificant Martyribus, sed vniq; inquit, Deo illis offertur sacrificium Christianorum. Idem serm. 262. & 255. de tempore. Et eodem modo loquitur Hieronym. in capitul. 7. Ierem. & Saluianus lib. 1. de Providentia: Ecclesia (inquit) potius templum: Euseb. lib. 3. de vita Constantini, c. 29. 30. & 63. & Nicephorus lib. histor. cap. 39. de Philippo & Bartholomaeo refert, in Syriae, & Asiae ciuitatibus templa construxisse, & cap. 40. 41. & 42. idem refert de Thoma, Andrea, & Mattheo in suis regionibus. Chrysostr. homil. 18. in Acta, hortatur fideles ad templa Christo extruenda. Idem homil. quod Christus sit Deus, & eodem modo loquitur, homil. 51. in Mat. th. & Basilus Psal. 114. & Nazianzenus oratione 11. in Gorgoniam sororem, & Greg. Nissen. orat. penult. in Theod. Martyrem. Vltimo, altare non erigitur, nisi propter sacrificium, vt supra ex dictis patet: sed templa Christianorum erigunt, vt in eis sint altaria, non enim sunt in Ecclesia Christi Ecclesiae, sine altariis, sicut in sequentibus latius videbimus: ergo. Denique, id primarium vt in sequentibus latius videbimus, ex eo facti: Dominum quod hic sit primarius finis templorum, & eo facti.

se constat, quod sacrificium etiam est primarius cultus Dei, templa vero ad Dei cultum præcipue ordinantur. Atque hinc etiam facile succedit, deseruire etiam ad alia sacramenta ministranda: quia eorum etiam ministerium est maxime sacrum: unde etiam oportet, ut in sacro loco fiat, & ad cultum Dei destinato. Unde in verbis illis, quæ supra ex Rufino retulimus, Surge, sequere me ad Dominicum, & huius fidei signaculū suscipe, clare supponitur, Baptisimum solum esse in Ecclesijs celebrari. Unde etiam erant in templis designata loca, quæ baptisteria dicebantur, ut supra vidimus, agentes de Baptismo, & late Durandus lib. 1. c. 19. Similiter Tertul. Nizianz. & alij Patres citati, imo & Paulus 1. ad Corinth. 11. dicunt, solitos fuisse fideles, in Ecclesia convenire ad Eucharistiam sumendam: imo unus ex præcipuis & maxime necessarijs visib. nostrorum templorum est, ut in his Dominicum corpus servetur: pro infirmis & alijs necessitatibus, & ut ibi à fidelib. adoretur, quæ utilitas est propria legis gratiæ: de qua re multa dicta sunt, supra tractando de permanentia Eucharistiæ. Est autem eadem ratio de cæteris sacramentis: quæ, vel solemniter datur, vel commode in templis ministrari possunt, quod maxime dico propter sacramentum Extremæ vñtionis: quod cum non detur, nisi graviter ægrotantibus, non potest in Ecclesia ministrari, ministratur tamen ex Ecclesia: nam ibi oleum benedictum servatur, ut sit illius sacramenti materia, ut constat ex Concil. Meldensi, apud Burchard. lib. 4. c. 57. & Iuonem p. 1. c. 68. Sacramentum autem matrimonij, quamvis privatum extra Ecclesiam fiat, tamen solemniter eius benedictio in templo datur, ut suo loco dicemus: & similiter sacramentum penitentia proprijsimè ministratur in Ecclesia, quævis, quia magis privatim fit, possit etiam extra Ecclesiam ministrari. Tertia utilitas templorum est, propter cõmunem orationem, iuxta illa verba Mat. 21. sumpta ex Isaia c. 56. Domus mea domus orationis vocabitur: quod de templo Hierosolymitano dictum est, quia factum fuit, ut esset orationis locus. 3. Reg. 8. 2. Paral. 6. Sed non minus indiget fideles Christiani usu orationis: tum privatæ, tum publicæ: ergo fuit valde conveniens, etiam ob hanc causam, Ecclesiam erigi. Quod ab initio fuit Christianis in usu: tamen prius fuere angustiores, quando & ipsa Ecclesia minus propagata erat, & tunc loca illa (oratoria) dicebantur, postea vero in ampliores Ecclesias commutata sunt, ut sumitur ex Euseb. li. 8. historia c. 1. & Niceph. lib. 7. c. 2. quas etiam antiqui Patres (domos orationis) vocant. Origenes hom. 2. in Exodum. Ruff. li. 2. hist. c. 33. August. 22. de Civit. c. 8. qui oratorij meminit, Epil. 109. Nec refert, quod oratio ad Deum, quovis in loco fidi possit, ut significatur Ioan. 4. vel (intra cubiculū) ut dicitur, Mat. 6. quia, licet hoc verum sit, tamen locus sacer ad orandum specialiter consecratus, multū iuvare potest ad devotius orandum, ut notavit Chrysof. hom. 3. de incomprehensibili Dei natura, & Basil. lib. secundo, de Baptismo, in cap. 8. & quæst. 40. ex fusius disputatis. Quod provenire potest, vel ex natura rei, quia, vel locus ipse, & sacer eius ornatus, vel aliorum exemplum, excitat ac movet hominem ad maiore reverentiam, & devotionem, vel ex speciali Dei promissione, qui orationem in templo factam peculiariter exaudit, ut constat. 3. Reg. 9. Propter quâ causam specialiter Deus in templo habitare cõsetur, quia ubi specialiter operatur: qua ratione sæpe Apostolus nos vocat (templa Spiritus sancti) 1. ad Cor. 3. & 6. quia singulari modo in nobis operatur: & simili modo Augustin. lib. ad Simplicianum, quæst. 4. dixit, Davidem orasse ante Arcam, quia ibi sacratio & commendatio præsentia Domini erat. Accedit, quod, præter orationes privatas, oportet esse in Ecclesia publicas orationes, quæ nomine totius Ecclesiæ ab eius ministris fiant: & ideo oportuit esse sacra & publica loca, ad huiusmodi orationes deputa-

ta, quæ non poterūt esse aptiora, quam templa ipsa, in quibus Deus, ut Deus, peculiariter adest, ut diximus, & Christus, etiam secundum humanitatem, realiter præfens est. Et ideo antiquissimum fuit in Ecclesia, esse in templis peculiarem locum ad huiusmodi orationem deputatum, qui chorus dicitur: de quo legi potest Durand. dicto lib. 1. cap. 16. Quarta utilitas erat ad conciones audiendas, de qua Tertullianus in Apologia, cap. 39. dicit, fideles convenire in Ecclesia, primo ad orationem, deinde ad lectionem & exhortationem. Alij vero Patres fere semper coniungunt utrumque usum templi, scilicet, sacrificandi, seu participandi divina mysteria, & audiendi conciones seu lectiones sacras, ut colligere licet ex Iustini. Apolog. 2. circa finem, & ex Eusebio, lib. 2. histor. c. 17. ubi dicit, Christianos in initio Ecclesiæ construxisse ad mysteria celebranda, & sacros libros legendos. Ratio etiam est manifesta, nam concio sacra fieri debet in conventu publico, ubi populus conveniat, neque enim singuli privatim, aut singulatim doceri possunt aut moneri, neq; id fieri semper expedit, neq; sufficit ad populi institutionem, exhortationem, & correctionem: ergo etiam est valde expediens, ut sit aliquis certus locus ad hoc ministeriū deputatus: tum, quia, licet interdum possit verbum divinum in plateis & sub dio predicari, non tamen id semper fieri potest, neque omnib. authorib. est accommodatum ac decens. Unde nullo modo expediebat Ecclesiæ, semper ita fieri: tum etiam, quia, si ad alia publica munera, ut ad iudicia peragenda, ad docendum, & similia, publica eriguntur ædificia, cur non multo magis ad sacras conciones habendas? ergo ad hoc munus convenientissime deputantur Ecclesiæ, seu templa: tum, ne oporteat, loca sine necessitate multiplicari: tū, quia conciones sacre aptissime & vtilissime divinis officijs interponuntur: tum deniq; ut locus sacer sit tali actioni sacre proportionatus. Quod confirmat Christi, & Apostolorum exemplum: qui, quando cõmode poterant, in templo, & synagogis prædicabāt, Matthæi 16. Ioan. 18. Actor. 5. & 13. Quinta utilitas de sepultura, & honore Sanctorum, sufficienter tractata est in primo tomo huius tertiæ partis, disputando de adoratione Sanctorum, & reliquiarū veneratione. Videantur ibi dicta: res enim est facilis, & cõmunis apud antiquos Patres & Concilia, in quib. Ecclesiæ hac ratione (martyria) vocantur, ut supra diximus: vocantur etiam (Basilicæ Martyrum, & Apostolorū) ut patet ex Conc. Gangrensi, can. 20. Cabili Augustin. 1. de Civ. c. 1. qui c. 25. (memorias Martyrū) vocat, & 20. contra Faust. c. 31. Imo in Conc. Carthag. V. cano. 14. statuit, ne alicui Martyri dedicetur Ecclesia, nisi in eo fuerint eiusdem Martyris reliquæ, aut traditio de habitatione, possessione vel passione eius, quod si ibi fuerint, fidelissima habeantur. Est autem obseruandum in primis, in antiquis Patribus frequentius fieri sermonem de Martyrijs, quia ipsomet actu Martyrij quodammodo canonizatur, & ideo statim in veneratione publica habebantur: tamen eadem est ratio de alijs Sanctis, quæ de eorum beatitudine satis Ecclesiæ constat. Unde Greg. li. 2. Dialog. c. 8. meminit duarum Ecclesiarum, quas in honorem sancti Ioannis, & sancti Martini, Sanctus Benedictus dicavit. Omitto innumeras Ecclesias in honorem Beatissimæ Virginis structas, & Bonifacium iij. Romæ quandam Ecclesiam in honorem omnium Sanctorum dicasse. Deinde obseruandū est (memorias Martyrum) frequentius dici solitas, ubi Martyrum reliquæ iacebant, vel Martyria acciderant, quæ etiam (confessiones Martyrum) dici solent, præsertim in historijs Pontificū, apud Damasum & alios, & hoc sensu vetuit Conc. Carth. dicari Martyrū monumenta absq; reliquijs, vel certe aliqua historia, seu traditione, ne populus decipiatur falsis traditionib; & superstitionib;, non

Ruffinus.

Durand. Tertull. Nizianz. D. Paul.

Conc. Meld.

Chrysof. Basilina.

1. Cor. 3. Augustin.

Durand. Tertull.

Iustin. Euseb.

Conc. Gangren. Conc. Cabili Hieron. Augusti Conc. Carth.

Greg. Max. Conc. Carth.



ramen prohibitum est, nominibus Sanctorum aliquas Ecclesias inscribere, vt vel hac memoria ipsi honorentur, vel, vt exiitentur fideles ad eorum patrocinium in eis locis specialiter impetrandum, atq; ita seruat vsus Ecclesiae, ac propterea etiam in huiusmodi templis imagines asignantur eorum Sanctorum, ad quorum honore peculiariter deputata sunt: atq; ita constat, huiusmodi vsus templorum esse decentissimum, & Ecclesiae vtilissimum, quia non eo modo dicantur Sanctis templa, quo ipsi Deo. Nam, quatenus sunt loca sacrificiorum, soli Deo eriguntur; & quia haec est primaria institutio, & qua maxime sub nomine templi indicatur, ideo simpliciter soli Deo templa erigi dicenda sunt: quatenus vero monumenta esse possunt, in quibus, vel Sanctorum reliquias, vel eorum saltem imagines, vel memoriae retineantur, secundario dicuntur dicari Sanctis, vel proprius Deo in Sanctorum honorem. Vnde Augustinus. 22. de Ciuitate. c. 10. Nos, inquit, Martyribus nostris non templa, sicut Dijs, sed memorias sicut hominibus mortuis, quorum spiritus apud Deum viuunt, fabricamus: non ergo hac in re diuino honori derogatur, sed totum potius in augmentum illius cedit, & est consentaneum honori debito Sanctis: tum quia reliquias eorum, quae res valde sacrae sunt, in locis sacris recondi debent: tum etiam, quia cum memoria & veneratio Sanctorum religiosa sit, merito in sacris ac religiosis locis conseruatur, ac deniq; per frequentem ad Deum per Sanctos accedimus, & ad eos orationes fundimus, vt pro nobis orent: deest etiam, vt in sacris concionibus, eorum gesta & laudes saepe praedicentur. Et ideo merito loca ad orationes & conciones sacras destinata, Sanctis nuncupantur. Atque hic templorum vsus est magis proprius & peculiaris legis gratia: quia ante Christum aduentum nondum sancti homines in beatitudine regnabant, de sanctis autem angelis, obscurior erat notitia.

Simpliciter soli Deo templa erigi dicuntur.

Augustin.

Sextus templorum vsus

Abdias Hieron.

Conc. Nannetens. ca. 6. & ex Conc. Bracharen. apud Burch. lib. 3. decret. cap. 157.

Conc. Mog.

August. Greg. Magn.

Sextus vsus templorum est, vt in eis fidelium corpora sepeliantur, de quo Ambrosius. lib. 2. de offic. c. 18. Nemo potest accusare, qd templum Dei edificatum est, nemo potest indignari, quia humanis fidelium reliquijs spacia laxata sunt. Vnde de Sancto Ioanne Euangelista referunt Abdias Babyl. & Hieronymus, super epistolam ad Galatas, cum esset morti vicinus, se in Ecclesiam deferri fecisse, viuumq; in monumentum, qd sibi parari fecerat, ingressum, ibidem obiisse. Verum est, olim in reuerentiam templorum cautum fuisse, ne intra templorum ambitu fidelium corpora sepeliretur, sed in atrio aut coemeterio, vt constat ex capitulo, Praecipendum, de consecratione, distin. 2. ex Conc. Nannetensi, ca. 6. & ex Conc. Bracharen. apud Burch. lib. 3. decret. cap. 157. At hoc vniuersali consuetudine Ecclesiae iam non seruatur, neq; antiquitate generatim obseruatum videtur: nam in Conc. Mog. ca. 52. sic dicitur, Nullus mortuus intra Ecclesiam sepeliatur, nisi Episcopi, aut Abbates, aut digni Presbyteri, aut fideles laici: quod verbum exponens Glossa in capitulo, Nullus, 17. quaestione 2. per fideles laicos, intelligit eos, qui ita in fide praestant, vt miracula faciant. Sed nimis violenta est, & voluntaria expositio: melius ergo intelliguntur fideles baptizati, quos verisimile est in fide viua discessisse, vt colligitur ex capitulo, Ecclesiam, primo & secundo de Consecratione, distinctione 1. Vnde Augustinus libro de cura pro mortuis agenda, cap. vltimo, & Gregorius libro 4. de Dialogo, capitulo 50. commemorat vtilitates, quae fidelibus proueniunt ex eo: quod in sacris aedibus sepeliantur, nimirum, quod altaris sacrificio, & viuendum fidelium orationibus ac eleemosynis frequentius iuuantur: est ergo hic vsus etiam conuenientissimus. Et accedit praeterea, quod haec corpora fidelium propter spem gloriose resurrectionis, & quia credunt fuisse spiritus sancti templa, & in eo statu decessisse, speciali honore digna sunt, meritoque in locis sacris reconduntur. Quod vero intra Ecclesiam,

vel in eius vestibulo seu atrio aut coemeterio sepeliantur, nihil refert: vtrumque enim potest, vel in religiosa pietate, vel in Christi iana humilitate fundari, de qua re legi possunt plura apud Durandum, dicto libro. 1. cap. 23.

Ad fundamenta contrarij erroris respondetur, ad priorem partem: quamuis Deus spiritus sit vbique praesens, & loco non inclusi, homines tamen colentes Deum corporei sunt, & corpore ac spiritu adorare debent Deum: neq; (adorata de Deum in spiritu & veritate) excludit actiones externas, sed requirit, vt ille ex interiori affectu, & spiritu procedant, ideoque, quamuis haec adoratio non necessario limitetur ad certum ac definitum locu, vt Christus in citatis verbis Ioan. 4. significauit, & ex posuit Athanasius, quaestione 70. ad Antioch. requirit tamen aliquem locu, & non est contra spiritum, & veritatem diuinae adorationis, vt sint aliqua loca ad hoc ministerium specialiter designata, vt cum maiori decore & reuerentia ibi colatur Deus, quia neq; ideo tollitur, quin alijs etiam locis possit vnusquisque Deum colere priuatim, suo arbitrio ac deuotione, neque etiam existimamus, vt Gentiles, Deum in loco aliquo corporeo seu templo includi, vt non sit vbique praesens.

Ad aliam partem iam satis ostensum est, in Ecclesia Christi esse verum sacrificium visibile, & ideo in ea esse posse, ac debere templum, vt sic, seu quatenus dicitur habitudinem ad sacrificium. Ad Patres autem ibi citatos respondetur, ibi loqui de templis Gentilium, quae deputata erant ad offerenda falsa & critica sacrificia, non vero Deo, sed idolis. In hac enim significatione erat tunc vulgatum nomen templi inter Gentiles, & ideo, iuxta eorum sensum & intelligentiam soquedo, negabant intelledum Patres, Christianos habere templa vel aras: scilicet, ad similia sacrificia deputatas: tamen proprius ac synecurus de templo loquendo, iam satis ostendimus, eosdem Patres, Ecclesias Christianorum frequentem templa appellare. Mocus autem Apocal. ibi citatus, Et templum non vidi in ea; euidenter intelligitur de Ecclesia triumphante, vt Augustinus. notauit, libro 20. de Ciuitate, cap. 17. & ibi omnes expositores, Anselm. Beda. Rupert. & nam status illius Ecclesiae dicitur futurus post diem iudicij, vt patet ex discursu capitis 20. & 21. & de illa Ecclesia subditur, Quod nihil coinquinarum introibit in eam. Nec refert, quod Ioannes imitetur verba Isaiae: quia, & probabile est, vt ibi notat Hieronymus, illa etiam intelligi de Ecclesia triumphante: & quamuis ab Isaia dicta fuerint de Ecclesia militante, potuit Ioanes, vel per sententiam analogicam, vel per quendam imitationem, eis vt ad loquendum de Ecclesia triumphante. In ea ergo dicit non futurum templum, quia iam, tunc non erunt sacrificia, nec sacramenta, & similia.

SECTIO II

Verum decens ac vtile sit Ecclesias solenni ritu dicari, benedicari, aut consecrari.

Multi ex hereticis citatis in hoc potissimum damnant Ecclesiae consuetudinem in templis erigendis, quod ad ea consecranda & benedicenda varijs vtatur caeremonijs: & quod speciali solemnitate & celebritate vtatur eo die, quo templum aliquo dicitur consecrari, seu dicatur Deo: nam primum dicunt esse superstitiosum, & Gentilium, secundum vero esse iudaicum. Sed isti prauo contradicendi spiritu ducti, sine fundamento loquuntur: & ea damnant, quae neque a Deo prohibita sunt: neque recte rationi repugnant.

Primo ergo, quod attinet ad Ecclesiae seu templi dedicationem, certum est, fuisse perpetuam Ecclesiae consuetudinem, vt magna pompa & celebritate fiat: cuius

imo de aliquibus insignioribus templis obseruatum esse, vt eorum dedicationes annuis festiuitatibus recolanur ac celebrentur; sicut nunc Ecclesia Romana celebrat festa dedicationum templorum S. Mariae Maioris, Lateranensis Ecclesie & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli: Ecclesia Hierosolymitana celebrat quatuordecim dedicationem Templi, Dei genitrici a Constantino dicati teste Nicephoro lib. 8. hist. cap. 50. & Ecclesia Toletana sui templi dedicationem celebrat: & idem seruant alia insignes Ecclesie, & in Breuiario ac Missali Romano propria officia huius celebritatis designantur, & apud Augustinum legimus varias conaciones, in huiusmodi festo dedicationis habitas, sermone 251. de tempore & sequentibus, & apud Bernardum sex conaciones de dedicatione Ecclesie, & Chrysostomus, tomo tertio orationem etiam habet in encanensis, seu dedicationem templi: & Nazianz. orat. 23. De encanensis (inquit) honorandis lex vetus est eaque praeclare constituta: & Gaudent. tractatum habet de dedicatione; in quo refert conuenisse multos Episcopos Brixiae ad cuiusdam Ecclesie dedicationem: & quid simile refert Sozomen. libro quarto, cap. 13. & similia multa passim leguntur in antiquis historijs, vt apud Eusebium libro nono, cap. 10. lib. 10. cap. 3. & 4. & alia multa congerit Durandus dicto libro 1. cap. 24. Ratio autem huius consuetudinis sumitur; tum ex virtute Religionis, tum ex naturali hominis conditione: cum enim templum ad Dei cultum ordinetur, ipsamet ratio Religionis postulat, vt quando aliquod templum diuino cultui dicatur, id magna voluntate & alacritate fiat, & quia templum est ad publicum & communem vsum religionis totius Ecclesie seu populi, ideo rationabiliter etiam est, vt totius populi voluntate, & quasi communi consensu dedicetur: sed ad hunc in modum ordinatur haec celebritas, & publica solemnitas, quae in dedicatione templi fit: est ergo religiosa, atque laudabilis. Et confirmatur, nam quid quae est reprehensione dignum in huiusmodi opere? Forte dicent, quod Iudaei quidquam simile faciebant in sui templi dedicatione. Sed contra, quia sancti Patres hoc exemplo consuetudinem Ecclesie confirmant, vt patet in Felice I V. Epistola ad omnes Episcopos, libro 1. de Eccles. offic. cap. 35. quia neque in Iudaeis id erat reprehensibile, sed valde religiosum: neque Ecclesia male facit, sed honeste & sancte eos in hoc Religionis opere imitando: quia illud non est opus ceremoniale aut figuratiuum, sed morale: natura enim & ratione instigante id faciebant: tum vt gratias Deo agerent pro beneficio suscepto: habere enim templum ad Deum colendum accommodatum, singulare Dei beneficium est: tum etiam vt propensum animum ostenderent ad diuinum cultum. Ad denique, vt ad Deo impetrarent gratiam ad eum digne colendum & deprecandum in huiusmodi templo, & alia beneficia ab ipso obtinenda: vt colligere licet ex 2. Paral. 7. & alijs similibus locis: sed haec omnia intendit Ecclesia in praedicta celebritate: est ergo res sancta & honesta: neque ostendi potest aliquid diuinum preceptum aut illius vestigium, cui talis ritus seu consuetudo repugnet.

Dico secundo: Etiam est sancta ac decens Ecclesie consuetudo consecrandi & benedicendi Ecclesias: ad sacrificium Eucharistiae offerendum destinatas. Hoc etiam est de fide certum, sufficienterque probatur Ecclesie auctoritate: quae fere ab initio, praesertim a temporibus Syluestri, vsa est huiusmodi Ecclesiarum consecratione. De qua multa congerit Gratianus, de Consecratione, distinctione prima specialiter in capit. Ecclesijs, quod etiam habetur decima sexta, quaestione septima, & refert Canonem Concilij Niceni: Ecclesias semel consecratas non debere iterum consecrari. Additur vero in Concilio Meldensi, capitulo 8. prout ibidem refertur capit. Ecclesie, & in Concilio Carthageniensi V. ca-

non. 6. quotiescunque de consecratione Ecclesie dubitatum fuerit sine vlla trepidatione esse consecrandam, & Conc. Bracharen. I. Canon. 6. praecipit, vt Episcopus non consecraret Ecclesiam, nisi pro Sanctorum patrocinio obtinendo condita sit. De qua consecratione dixisse videtur Clemens Papa (Ecclesias per congrua & vtilia facite loca, quae diuinis precibus sacrare oportet): & de eadem consecratione est integra epistola ad omnes Episcopos, Felicis I V. Gelasius etiam I. epistola. 1. ad vniuersos Episcopos cap. 7. praecipit, vt Basilicas nouiter institutas, non petitis ex more praecipitibus, dedicare non audeant: caute 27. id declarans, atq; consecrationes Ecclesiarum absque praecipito Sedis Apostolicae faciendas non esse. Quod habetur de Consecrat. dist. 1. cap. De locorum, & per nonnulla subsequencia capita confirmatur, sed, vt Glossa ibi notat, vel hoc iam reuocatum est, vt intelligendum videtur in aliquo extraordinario casu: mirum, quando Ecclesia de nouo consecratur in honorem alicuius Sancti, seu fidelis defuncti, non prius canonizati: aut, si de nouo erigitur in Ecclesiam Episcopalem, ita enim significatur in praedicta epistola, praesertim quoad priorem casum: vel certe intelligitur, quando Ecclesia erigitur in locis exemptis, vt ait Syluest. verbo, Ecclesia. 2. numer. 2. ex cap. Auctoritate. de Priuileg. in 6. extra hos autem casus, certum est, posse Ecclesiam ab Episcopo consecrari, vt constat ex cap. Aqua, Extra de Consecratione Ecclesie vel altaris, & in cap. Perlectis, & cap. Nemo, & ca. Nullus. de Consecratione, distinctione 2. Addunt etiam Pontifices, dicendam esse Missam, quando Ecclesia consecratur, vt patet ex Euchar. Papa, ca. Omnes. de Consecratione, distinctione 1. & apud Burch. libr. 3. capitulo 27. & ex Vigilio Papa, epistola 1. ad Eleuter. capitulo 4. & habetur in cap. De fabrica, de Consecratione, distinctione 1. Vnde Glossa in cap. Omnes Basilicae, de Consec. distinct. 1. in dubium reuocat, an Missa sit de substantia consecrationis. Et aliqui existimant, ita esse. Addunt vero non esse de substantia, vt dicatur ab Episcopo consecrante, sed satis esse, si ab alio Presbytero dicatur. Sed tamen certum est, non esse de substantia, vt docet D. Antonin. 3. par. tractatu 2. cap. 6. in princ. Syluest. verbo, Consecratio. & Turresc. in dict. cap. Omnes Basilicae, quia, neq; in villo textu, neq; in ordine Roman. praecipitur, vt substantialis; & quia, quicquid est de substantia consecrationis, fit ab Episcopo, vt a ministro consecrante, ergo, si Missa dicta ab ipso met Episcopo, non est de substantia, absolute & simpliciter non est de substantia consecrationis. De hac praeterea consecratione Ecclesiarum multa scribit Euodius Ticinensis, epist. ad Maximum Episcop. & Hier. in c. 43. Ezech. Indignatio Dei commouetur, quando in consecratis Deo indignus habitator est: & Augustin. lib. 4. contra Cresconium, cap. 40. Felicianus (inquit) positus in ciuitate, Deo omnipotenti pariter consecratos, Ecclesiam venerandam, quasi quadam obfessione credit retinendam. Deniq; VValfr. Strabo de rebus Eccles. cap. 9. ex superstitionibus Paganorum, argumentum sumit; Nam, si illi suis falsis Diis deceptorisque ceremonijs sua templa sacrabant, multo magis nos templa nostra & altaria, nostrae religionis indicia Deo saluatori nostro per ilibata & vera sacramenta dedicare euremus; vt cum nostrae deuotionis officijs, diuinae Maiestati placeamus, & ipse nos semper inuisere & mansionem sibi in nobis facere dignetur, qui per Prophetam dicit: Pauete ad sanctuarium meum, Leuit. 27. Satis ergo ex his constat, hunc consecrationis vsum esse antiquissimum, & vniuersali consuetudine Ecclesie receptum. Ratio autem ob quam huiusmodi ritus est per se decens & honestus, est: quoniam locus esse debet proportionatus ministerio & actioni, ad quam deputatur. Sed templum dedicatur ad sacrosanctum ministerium, ergo decens est, vt etiam locus ipse suo modo sacretur, & sanctificetur,

Nicephor.
August.
Bernard.
Chrysost.
Nazianz.
Gaud.
Euseb.
Durand.
Ratio consuetudinis
vtilis.
Felice I V.
Meldens.
Paral. 7.
Concluf.
Gratian.
Conc. Nic.
Conc. Mel.
Conc. Carr.

Conc. Brach.
Felix 4.
Gelastus
Syluest.
Eucharist.
Burch.
Vigil.
D. Anton.
Syluest.
Turresc.
Euodius.
Hieronym.
Augustin.
VValfr. Strab.
Consecratio
vsum an-
tiquissimum

Obiectio.

ficetur. Dices, templum cum sit inanimatum, non esse capax sanctificationis, & consequenter, nec consecrationis: ideoque sola voluntate, seu extrinseca deputatione possit Ecclesiam ad praedictum ministerium destinari. Sed, ut recte dixit Aug. li. 2. de peccatorum meritis & remissione, c. 26. non vnus modi est sanctificatio: nam non solum homo, sed etiam panes & cibi sanctificari dicuntur per verbum Dei & orationem, 1. ad Timoth. 4. & de templo Salomonis dicit Deus, 3. Regum. 9. Sanctificavi domum hanc. Sic igitur templum nostrum, quamuis inanimatum sit, sanctificari & consecrari potest: non quod per eam consecrationem illi imprimi credatur aliqua sanctitas, vt realis qualitas inharens, sed quod per eam segregetur à communibus & profanis vtiibus, & ad sacros destinetur, & per sacra signa, & Ecclesiae deprecationem specialiter custodiatur à demonum infestatione: & diuino fauore protegatur. Vnde, licet interdum possit oratorium per simplicem voluntatē, & Ecclesia per simplicem benedictionem ad haec sacra ministeria destinari, tamen ad ampliorem reuerentiam hominum conciliandam, & ad expressius significandam excellentiam diuinæ Maiestatis, cui templum dicatur, expedit interdum etiam pluribus signis, & caeremonijs consecrari. Tandem haec actio non est per se mala, nam, & in lege veteri fuit vsus illius, Exod. 14. & Num. 7. imo & in lege naturae fuit quoddam illius vestigium: vt patet in Iacob. Genes. 28. & 35. quod est signum etiam esse contentaneū rationi naturali. Et non est specialiter in lege noua prohibitum, quia non continet caeremoniam aliquam propriam legis veteris, seu venturum Messiam significantem: sed continet tantum moralem caeremoniam, & ordinatam ad excitandos animos in diuinum cultum, merito ergo in Ecclesia obseruatur.

*Exod. 14.
Num. 7.
Gen. 28. & 35.*

2. Conclusio.

*D. Thom.
Bernard.*

Dico tertio: Templorum consecratio non tantum per se decens est, sed etiam hominibus vtilis. Ita docet D. Thomas hic ad tertium, ac propterea dixit recte Bernardus, sermone 1. in dedicatione Ecclesiae. Domus ista per manus Pontificum dedicata est Domino: propter nos sine dubio factum est, non solum, qui praesentes sumus, sed & quicumque vsque in finem saeculi Domino sunt in hoc loco militaturi, in nobis proinde spiritaliter impleri necesse est, quae in parietibus visibilibus praecesserunt, si vultis scire, haec vtiq; sunt, aspersio, inscriptio, inunctio, illuminatio, benedictio. Haec vtiq; in hac visibili domo fecere Pontifices: haec & Christus assitens Pontifex futurorum honorū inuisibiliter quotidie operatur in nobis. Ac deinde late prosequitur harum caeremoniarū significationes, & vtilitates. Potest autem haec vtilitas dupliciter explicari. Primo, solum, quasi ex natura rei: & hoc modo multū deseruit huiusmodi consecratio, vt animi hominum ad maiorem reuerentiam excitentur: est enim homo sensibilis, ideoque plurimū sensibilibus signis mouetur. Haec autem templi consecratio homini indicat, & sanctitatem sacramentorum, quae in Ecclesia ministrantur: & sanctitatē, quae ad illa ministranda, & recipienda, requiritur. Nam, si in loco ipso, in quo perficienda sunt, sanctificationem illi proportionatam praerequirunt, multo magis in homine propriam sanctitatē postulabunt. Et praeterea significat sanctitatem, quā Christus per sacramenta Ecclesiae suae confert, vt D. Thom. hic docet ad 2. Hāc igitur ob causam templū consecratum ex se homines excitat ad maiorem reuerentiam & deuotionem.

*Caietan.
D. Thom.*

Greg. Magn.

Secundo potest explicari ex speciali efficacia, quā templum acquirit, ratione consecrationis, vt hic Diuus Thomas ad tertium indicat, & latius Caietanus exponit. Quae virtus praecipue censetur extendi vel ad coercendos demones, ne adeo infensi sint hominibus, in loco consecrato orantibus: quod sumi potest ex Gregor. 3. Dialog. c. 30. vel ad remittenda venialia peccata, & consequenter ad maiorem aliquam hominis sanctificationem: vel ad conferenda aliqua

gratiae auxilia, vt Bernar. significat, dicto sermone 1. de dedicatione Ecclesiae. Sed vt late supra tractauimus, disput. 15. sectione 4. haec omnia intelligenda sunt, solum per modū impetrationis, fundatae in sanctitate Ecclesiae: in cuius persona orationes funduntur, sicut enim Salomon 3. Regum 8. Deum deprecabatur. Respice ad orationem serui tui, & ad preces eius Domine Deus meus, vt sint oculi tui aperti super domum hanc nocte ac die. Ita Ecclesia orationibus suis, quas in Ecclesiae consecratione interponit, à Deo impetrat praedicta beneficia, cuius deprecationis exemplum optimum est apud Ambrosium, lib. de Exhortat. Virg. circa finem. Caetera, quae de hac vtilitate desiderari possunt, in praedicta disputatione & sectione videantur. Quibus autem caeremonijs fiat consecratio, & quomodo solēnis consecratio templi à simplici benedictione differat, ex lib. Pontificali seu Ordine Romano petendum est: de significatione autem singularum caeremoniarum legi potest Hugo de Sancto Viatore, libro 2. de Sacramentis, parte 5. c. 2. & 3. & Durandus, in Rationali, libro 1. c. 6. & 7. & D. Antonin. 2. 3. tercia parte, titulo duodecimo, capite sexto. Turcremata in cap. Omnes Basilicae, de Consecratione, distinctione prima, & alij authores recentiores supra citati.

SECTIO III.

Vtrum teneatur sacerdos non offerre hoc sacrificium, nisi in loco sacro.

In hac re vnum est certum, nimirum: ordinatio & communi iure, non posse licite hoc sacrificium extra Ecclesiam, seu locum sacrum ad hoc peculiariter deputatum offerri. Ita docet Diuus Thomas hic, & omnes Doctores, in quarto, distinctione. 23. Syluester, Angel. & alij Summi, verbo, Missa, Nauar. cap. 25. numer. 82. Diuus Antonin. 3. parte, tit. 13. cap. 6. Fundamentum est, quia ita est iure Ecclesiae statutum, & praecipuum, vt conitit ex Concilijs antiquis. Laodiceo, cap. 58. Carthag. II. cap. 9. & Moguntino, cap. 9. & ex Concil. Aquisgran. sub Ludouico Pio, c. 84. & decretis Pontificum, Clemen. epist. 2. Felices epist. 1. & alij, quae referuntur de Consecrat. distinctione 1. & renouantur in Concilio Tridentino, sessione 22. cap. De obseruandis in celebratione Missae. Rat. o autem huius praecipii non est alia, nisi quia ita visum est Ecclesiae expedire (& sane merito) tum ad debitam reuerentiam huius sacramenti, vt cum debito honore tractetur: tum etiam ob maiorem fidelium deuotionem. Ex quo infero, transgressionem huius praecipii ex suo genere esse peccatum mortale: quoniam iura simpliciter dicunt, hoc non licere, & loquuntur tanquam de re graui, & maxime necessaria, quae praetermittenda non est: nisi in summa necessitate, vt dicitur in cap. Sicut de Consecratione, dist. 1. & aliter non rite celebrari, vt ibidem additur in ca. Hic ergo, & (quod grauius est) ibidem, in c. Nullus, prohibetur Sacerdos celebrare in locis non sacratibus ab Episcopo, sub comminatione depositionis: verba Syluestri, sunt, Nullus presbyter Missas celebrare praesumat, nisi in sacratibus ab Episcopo locis, qui sui particeps de caetero voluerit esse sacerdotij. Et hoc etiam continent verba Basilij, in regul. breuiorib. reg. 310. Quae admodum ratio non permittit, quod vllum commune in sancta introferatur, eodē modo etiam veta, sancta in domo communi celebrari. Quae comparatio plane indicat obligationem grauem sub mortali: & plane idem indicat alia comparatio cum lege veteri, quam subdit, dicens, Cum ex iussu Dei in veteri testamento nihil isto modo fieri permittatur: & quod infra ait, In contumelia haberi sacrificij, si absque necessitate in priuata domo fiat. Atq; ita sentiunt citati authores. Quocirca nimis excedere videtur Soto hic, d. 13. q. 1. articulo 3. dicens, non esse opus magna necessitate, vt in hoc peccatum mortale excusetur, cum

Cum tamen in dicto cap. Sicut, dicatur, nō licere, nisi summa coegerit necessitas. liberius autem subiungit Soto: Imo vero ubi nullus de contemptu, vel scādalum, vix arbitror posse contingere peccatū mortale per celebrationem extra Ecclesiam.) Sed, si hoc verum esset, sequeretur non esse peccatum mortale, celebrare propria auctoritate, in propria ac priuata domo seu oratorio, nō ex cōtemptu, sed ex deuotione, neq; cum scandalo, sed decrete: consequens autem est absurdum, & contra communem sensum totius Ecclesiæ. Non est ergo necessarium scandalū, vel cōtempus, vt hoc peccatum graue sit, sed sufficit, qd sit voluntaria transgressio Ecclesiæ iurisdictionis. Addit vero Syluest. verb. Miss. 1. quæst. 3. §. 5. Qui celebrant vel celebrare faciunt, nisi in locis à iure concessis, esse ipso facto interdictos ab Ecclesiæ ingressu: citatq; c. Episcoporum de priuilegijs, in 6. Sed ibi non est sermo de omnibus, qui celebrant, vel celebrare faciunt propria auctoritate in loco non sacro: sed de his tantum, qui celebrant, vel celebrare faciunt in loco interdicto per specialem Ecclesiæ censuram. Itaq; illa pœna imposita est contemptoribus, seu transgressoribus illius censuræ non vero transgressoribus eius præcepti, de quo modo disputamus. Vnde verba illa, quæ in illo textu interponuntur (nisi quatenus à iure conceditur) non intelliguntur generaliter de quocunq; celebrante alicubi, nisi quatenus ei à iure conceditur, sed specialiter de celebrante in loco interdicto, nisi quatenus ei à iure conceditur: id est, nisi in eis casibus vel temporibus, in quib. de iure licitum est in loco interdicto celebrare: de hoc enim erat sermo in prædicto textu, & non de celebrante in quocunq; loco.

Syluest.

Perbain se
vix interpo
sita, quom
modo intelligan
tur.

Notabile

Est autem circa hoc præceptum obseruandum: primo, iuxta iura antiqua requiri locum seu Ecclesiam consecratam ad offerendum hoc sacrificium, vt ex decretis citatis constat: iam vero (quoniam Ecclesiarum consecratio rara & difficilis est) vsus obtinuit, vt ad sacrificandum iure ordinario & communi sufficiat Ecclesia benedicta: quæ, si fundata sit auctoritate Papæ vel Episcopi ad sacramenta ministranda, eisdem iam priuilegijs gaudet, quib; Ecclesia consecrata, vt notant Glossa & Doctores in c. Vltimo, de Consecratione Ecclesiæ, & ideo in conclusione non solum locus de Ecclesia consecrata, sed absolute de Ecclesia, vel loco sacro ad hoc ministeriū deputato: semper tamen requiritur, vt saltem altare sit consecratum, vt statim declarabimus.

Altare semper consecrari debet.
2. Notabile
1. Exceptio.

Secundo obseruandum est, hoc præceptum intelligi ex communi & ordinario iure, vt in conclusione proposui. Nam extraordinarie in multis casibus aliter sacrificare licet. Prima itaq; exceptio fit, quod ex licentia Episcopi licet extra Ecclesiam sacrificare in priuata domo, seu oratorio nec consecrato, nec benedicto. Patet, quia ita explicatur hæc lex in prædictis decretis, cā. Missarum, de Consecratione 1. In locis ab Episcopo consecratis, vel ubi ipse permiserit, & in cā. Hic ergo. In locis, in quibus Episcopus proprius iusserit, cap. In his, de priuilegijs. Vnde recte colligunt Doctores, posse Episcopum hanc facultatem dare absque vlla necessitate: quia non est dispensatio in lege, sed est vsus propriæ potestatis, & iurisdictionis. Ita fere Syluest. Soto, Nauar. supra. Potest autem Episcopus, hanc facultatem dare, vel ex parte loci, designando scilicet locum aliquem, vt in eo possit sacrificium fieri, aut permanenter, aut pro vna tantum vel altera die: vel ex parte personæ, dando, scilicet, subdito sibi sacerdoti, vt sibi possit ad sacrificandum locum eligere, quod Summa Angel. limitat intra propriam diocesium, Syluest. vero hoc ampliat, etiam extra propriam diocesim, ex cap. In his, de priuilegijs, ex quo reuertitur id non colligitur: nam ibi non dicitur, posse Episcopum facultatem concedere suis subditis sacrificandi, vbi quicque terrarum voluerint, cum altari portatili: sed solum declaratur, huiusmodi priuilegium Apostolicum concessum Mendicantibus, non esse ita interpretandum vt requiratur Prælatorum consensus: quia alias priuilegium illud nihil operaretur, ex qua ratione solum colligitur, Episcopum posse in sua diocesi concedere hanc facultatem cuilibet sacerdoti habenti alias facultatem sacrificandi, non tamen sequitur, quod possit illam facultatem concedere pro aliena diocesi. Et sane videtur hoc rationabilius, quia ad vnumquodque Episcopum spectat, in propria diocesi designare loca, in quibus, vel sacrificium offerri, vel sacramenta ministrare liceat. Vnde priuilegium illud tam amplum concedere, ad summum Pontificem spectat. Addit vero Nauar. supra, hanc facultatem Episcoporum restrictam esse in Conc. Tridentino, in dicta sessione 22. ubi Episcopis præcipitur, ne patiantur priuatis in domibus atq; omnino extra Ecclesiam & ad diuinum tantum cultum dedicata oratoria, ab eisdem Ordinarijs designanda & visitanda sanctum hoc sacrificium à secularibus, aut regularibus, quibuscunq; peragi: nam ex his verbis plane colligi videtur, præter Ecclesias, solum posse nunc Episcopos designare priuata oratoria ad religiosa tantum munera deputata, vt in eis etiam sacrificari liceat. Quæ sententia vera mihi videtur, si solum intelligatur de facultate, quam nunc potest dare Episcopus ex absoluta potestate, absq; vlla necessitate: sed solum ex quadam gratia & liberalitate, habita semper ratione decentiæ loci, & reuerentiæ debita: sacramento: nam, si recte intentio Concilij & verba eius ponderentur, huiusmodi licentiam, & facultatem coarctare voluit. Vnde non posset nunc Episcopus liberam facultatem concedere alicui sacerdoti faciendi sacrum, ubi voluerit, cum altari portatili, etiam intra propriam diocesim: nec posset sine causa, vel necessitate dare facultatem dicendi Missam in aliquo loco honesto & bene præparato, non tamen deputato ad religiosum tantum ministerium, sed conuertendo statim in communes vsus: nam vtrumq; horum derogaret decreto Concilij prohibētis vniuersaliter, & sine exceptione, dicere Missam extra Ecclesiam, aut oratorium, ad diuinum cultum dedicata, & per Episcopum approbata. Nihilominus tamē non existimo, ablatam esse ab Episcopo potestatem concedendi licentiam in casu necessitatis, vt in aliquo honesto loco fiat sacrum, quamuis talis locus non sit ad diuinum tantum cultum deputatus: quia, vt statim dicam, iure ordinario potest hoc fieri, vel concedi in casu necessitatis: Concilium autem non abtulit hoc commune ius, neq; de casu necessitatis quidquam locutum est: sed absolute de communi modo celebrandi. Item, quia facultas hæc est per modū dispensationis: Concilium aut non abtulit ab Episcopo potestatem rationabiliter dispensandi, quam habet in huiusmodi rebus, maxime cum reuera sit moraliter necessaria: quia multi casus occurrunt, in quib. & fieri potest sine irreuerentiā sacramenti, & fieri etiā oportet. Tandem vsus hoc confirmat, quia ita fit sine vilo scrupulo.

Tertia exceptio est de casu necessitatis: Nam in eo licitum est, Missam dicere extra Ecclesiam & oratorium: imo & extra domum, in quocunq; terræ loco decente. Ita declaratur de Consecratione distinctione 1. capitulo 1. & capitulo 3. Concedimus, & ita notat D. Thom. hic, ad 1. Alenf. 4. p. quæst. 36. membr. 1. Paludan. Soto, & alij, in quarto distinct. 13. Syluester, Nauar. & alij supra citati. Ratio non est alia, nisi quia hæc gratia est iure communi concessa. Verum quidem est, illa duo capita non multum vrgere, quia non sunt alicuius Pontificis, vel Concilij generalis. Primum enim solius Gratiani est. Secundum autem est Concilij Tributensis Prouincialis. Nihilominus tamen illud ius consuetudine probatum est, & receptum: & per se est rationi conforme, quia necessitas (vt aiunt) caret lege, præsertim, cum simul possit seruari reuerentiā sacrificio debita: Et ideo dixi, in decente loco: & addidi, debere esse respectum.

Nauar. Conc. Trid.

Concilij vbi
ba ponderant
int.

Sunt in
auctoritate.

Exceptio.

D. Thom.
Alenf.
Palud.
Soto.

Syluest.
Nauar.

Super ma
et flouien
celebrari nō
possit.

1210

re locum, quia super mare, aut flumen celebrari non potest, etiam titulo necessitatis, propter periculum effusionis sanguinis, ut prædicti authores notant. Qui etiam addunt, non esse permittendam Episcopi facultatem, si commodè peti potest: si autem non potest, tunc sufficere necessitatem solam. Unde etiam inferunt, in bello posse celebrari in tentorio, vel sub dno, si alia necessaria habeantur, quia tunc sufficiens viget necessitas. Quoniam vero talis necessitas prævia semper est, ratio postulat, ut in huiusmodi euentu Episcopi, seu superioris voluntas & licentia præueniatur, & ita docent prædicti authores. Addit deinde D. Thomas hic, etiam ratione itineris, posse Missam sub dno fieri, si Ecclesia desit: quia ita conceditur in dicto cap. Concedimus, quod semper intelligitur, dummodo altare portatile, & alia necessaria habeantur. Dices, in cap. vii. de priuilegijs, in 6. conceditur Episcopis speciale priuilegium, ut in itinere possint extra Ecclesiam celebrare, cum altari portatili: ergo non licet omnibus ordinario iure. Respondetur, priuilegium Episcoporum esse, ut, absque necessitate propter solam commoditatem possint id facere, quando, & ubi voluerint: alijs vero hoc non conceditur, sed solum in casu necessitatis, qualis est, si in multis diebus itineris non occurrat Ecclesia, vel alius locus aptus ad celebrandum. Atque ita sumitur ex Paludano, Syluestro, & alijs supra. Idemque erit dicendum in alio casu ordinario, cuius Soto meminit, scilicet, quando magna multitudo confluit ad templum, seu heremitorium, quod illam capere non potest: nam tunc est sufficiens causa erigendi altare in loco commodo, in quo possit vniuersus populus Missam videre: quamuis enim iuxta probabile sententiam supra tractatam, possit tunc sacerdos (supponimus enim vnum tantum adesse) bis aut ter Missam dicere, ut omnes sitcensius possint Missam audire, tamen illud aliud remedium facilius est, & minora habet incommoda, atq; est etiam vniuersalius. Nam sæpe euenire potest, ut tam paruum sit templum, tantaq; hominum multitudo, ut non possit omnibus satisfieri, etiam si sæpius Missa iteretur, quod tamen faciendum non est: est enim indecens, & inuitatum. Deniq; exceptio hæc, seu facultas ita dicendi sacrum in casu necessitatis, non est reuocata per Concilium Tridentinum, ut etiam in prædictis casibus Nauar. notat, & satis ex dictis constat.

Quarta exceptio esse potest ex aliquo priuilegio, quale habent Prædicatores, & Minores, celebrandi in quocunque loco honesto, cum altari portatili, ut constat ex cap. In his, de priuilegijs, eodemque priuilegio fruuntur multi alij Religiosi, hæc tamen priuilegia reuocata fuerunt per Concilium Tridentinum loco supra citato. Unde illis vti non licebit, nisi quatenus post illud reuocata fuerint. Est autem in his priuilegijs valde considerandum, an dirigantur ad personas tantum Religiosorum, vel ad loca ipsorum. Nã, si priori modo concessa sint, non possunt ad alios extendi: si autem posteriori modo sint concessa, secus erit: quia priuilegij verba tantum valent, quantum sonant, ut verbi gratia, post Concilium Tridentinum, concessum est Societati priuilegium, ut Presbyteri eius in missionibus vti possint altari portatili, vbique Gentium: ibique Eucharistiam ministrare: hæc ergo facultate ita illi vti possunt, ut tamē alijs sacerdotibus etiam si socij itineris eius sint, non liceat in huiusmodi altari alicubi erecto, ex tali priuilegio Missam dicere. Est autem aliud priuilegium eidem Religionis concessum, ut in suis domibus in priuato oratorio, à Provinciali approbato, possint Missam dici sine alia Episcopi approbatione, non obstante Concilio Tridentino: in huiusmodi igitur loco sacrum facere poterunt, non tantum Religiosi ipsi Societatis, sed etiam quilibet alij sacerdotes: quia priuilegium, ut ex verbis eius constat, non dirigitur ad solas personas sacrificantes, sed ad locum seu ad Provinciam, cui com-

D. Thom.

Obiectio.

Solutio.

Paludan. Syluest. Soto.

Nauar.

Exceptio.

Priuilegia Societati concessa.

municatur illa Episcopi facultas approbandi abfolu- te locum illum ad sacram faciendum.

SECTIO IV.

Vtrum liceat celebrare in Ecclesia violata, & quid in hoc seruandum sit.

Hæc quæstio tangitur ad D. Thoma hic, ad 1. & 3. d. 7. q. 2. artic. 3. ad 2. Syluest. verbo, Consecr. 2. Nauar. cap. 25. num. 35. & cap. 27. num. 250. Et breuiter supponendum est prius, sex modis Ecclesiam violari. Primo, per homicidium voluntarium, & iniuriosum ex cap. Proposuiti de consecratione Ecclesiarum, & cap. Si motum, de consecrat. d. 1. in quo sermo est de homicidio, quod per contentiones & rixas contingit. Unde, si homicidium fit casuale, non violatur Ecclesia. Item, nec per homicidium factum ex amentia, quia hæc inuoluntaria sunt. Item, nec per homicidium securum ex pura defensione, quia hoc iniuriosum non est. Adde, nec per homicidium, cuius causa, etiam iniuriosa extra Ecclesiam data est, etiam si mors in Ecclesia contingat, ut si vulnus est extra Ecclesiam datum, & postea homo in Ecclesia moritur: nam tunc reuera non homicidium, sed sola mors in Ecclesia contingit. Addit etiam Gloss. in cap. vnico, de Consecrat. Eccl. in 6. sufficere homicidium ad huiusmodi violationem, et si fiat sine effusione sanguinis per suffocationem: quia illud est verum homicidium. Si autem in Ecclesia sit percussio mortifera, donec moriatur homo, non est violata Ecclesia, quantum est ex hoc capite, secus ratione effusionis sanguinis, de qua statim, & ut clarius intelligatur, fit sermo fit de percussione, quæ de se non vulnerat, nec effundit sanguinem, & sufficiens est ad occidendum hominem nimiam contusionem: quia, donec homicidium sit consummatum, non incurritur violatio; imo ex illi- mo, tunc necessarium esse, ut mors ipsa in Ecclesia contingat, quia alias reuera non fit homicidium in Ecclesia. Unde, si iudex suspenderet aliquem in Ecclesia, violaret illam. Dices, illud homicidium non esse iniuriosum. Respondetur primum, esse posse iniuriosum ipsi reo: quia licet fortasse dignus sit illo supplicio, tamē habetius, ut illo loco vim non patiatur: deinde, esto, non fieret iniuria ei, qui intericitur, fit tamen iniuria loco sacro, & hoc satis est, ut, si quis interficiat seipsum in Ecclesia, polluat illam, quia licet sibi proprie non faciat iniuriam, facit tamen Deo, & Ecclesie. Sed quid, si iudex suspendat hominem super Ecclesiam reatum, vel ex parietibus Ecclesie, extra illam? Respondetur, non violari Ecclesiam, quia homicidium non fit intra illam, ut norant Syluester, & Nauar. cum alijs: quia canones solum loquuntur de homicidio intra Ecclesiam perpetrato. Sed quid, si tale homicidium sit verum martyriū, videtur enim non posse pollui Ecclesiam sacro crure Martyris, ut ab ipso fluit: pollui tamen sacrilega actione, & interfectione, quia illud est verum homicidium.

Secundo violatur Ecclesia per iniuriosam sanguinis effusionem, ex cap. Si Ecclesia, de consecr. Eccl. & cap. Ecclesijs, de Conf. d. 1. vbi non dicitur expresse, oportet illam effusionem esse iniuriosam, aut voluntariam, ita tamen ab omnibus Doctoribus intelligitur, ut patet ex citatis supra, & ex Syluest. verbo, Interdictum 4. q. 3. Unde eodem modo explicandus est iste casus, quo præcedens, quoad omnes circumstantias ibi notatas: scilicet, de effusione non casuali aut naturali, aut medicinali licita, aut quæ est in propria defensionem. Sed de illa effusione, quæ loco contingit, potest dubitari. Respondetur, hanc debere inter casuales computari: alias non erit iocosa, maxime si sit in parua quantitate, quæ non sufficit ad Ecclesiam violationem, ut Syluester notat cum Panor. in d. 1. & alijs, quia effusio sanguinis copiosum fluxum significat.

gnificat, vt notauit Gloss. in c. Cum illorum. verbo, Effusionem sanguinis, de sententia excommunicationis, & in simili optime Hieronym. Malach. 3. & refertur in c. Reuertimini, 16. q. 1. Quod si contingat, per actionem iocofam, magnam copiam sanguinis effundit, attendenda est ratio voluntarij; nam si omnino inuoluntarie accidat, non violat, si vero ita sit imprudens, & periculosa actio, vt moraliter censeatur effectus in causa voluntarius, tunc Ecclesia violabitur: quia iam actio est iniuriola. Imò addunt aliqui, quomodocumq; actio fuerit iniuriola Ecclesie, si ex ea sequatur effusio sanguinis copiosa, violari Ecclesiam, etiam si contingat esse mere casualem: vt si actio iocosa erat turpis, qualis esset representatio tragedie in honore ac profana: in quo casu contingeret talis effusio. Sed hoc nimis incertum est: quia talis actio, nec ratione sui violat Ecclesiam, quia nullo iure cauetur: nec ratione effectus subsecuti: cum sit omnino casualis, & iniuriam Ecclesie non auget, de quo latius in simili dicitur, in materia de irregularitate. Sed, an violatur Ecclesia propter vulnus in ea inflictum, quando sanguis intra eam non effluit, sed homo prius egreditur: vel, si effluit non cadit in terram, sed in vas recipitur: vel si e contrario contingat, vulnus esse leue, sufficientem tamen copiam sanguinis effundi. Denique quid, si aliquis suum proprium sanguinem fundat? Respondetur, si vulnus mortiferum sit, vel graue, violari Ecclesiam; et si intra eam non effundatur sanguis, vt omnes docent: nam in dict. c. Proposui, de consecrat. Eccles. propter vulnera dicitur violari Ecclesia, nulla facta mentione effusionis sanguinis: & quia effusio, quantum ex parte actionis iniuriola, iam est facta, secus vero esset, si actio in Ecclesia facta, esset iniuriola, non tamē vulneris inflictiua, vt est alapa: per illam enim non violatur Ecclesia: quia nullo modo ibi interuenit vulnus, aut sanguinis effusio. Quod autem sanguis effusus, Ecclesie patimentum vel parietem non attingat, sed in vase recipiatur, nil refert, quia non violatur Ecclesia propter contactum sanguinis, sed propter violentam effusionem in illa factam. Vnde etiam nil refert, quod sanguis effusus sit extra Ecclesiam, vt si in acto lapide percutiat alium in Ecclesia existentem. Satis enim est, quod vulneratio, seu effusio in Ecclesia fiat, secus vero esset, si e contrario, qui existit intra Ecclesiam sagitta, vulneraret alium, extra Ecclesiam existentem, tunc enim non violaretur Ecclesia: nam licet actio vulneratiua & effusio sanguinis in Ecclesia inchoetur: tamen ipsa vulneratio seu effusio extra Ecclesiam fit. Et eadem ratione, quamuis sententia sanguinis in Ecclesia deur, non violatur Ecclesia, si executio extra illam fiat. De effusione autem proprii sanguinis, eadē ratio est, quæ de alieni: nam, si fiat per iustam & honestam vulnerationem, seu flagellationem, non violat Ecclesiam, vt per se constat, si autem fiat per illicitam mutilationem, aut alterius vulneris inflictionem, violabit Ecclesiam; quia licet respectu sui ipsius actio iniuriola proprie non sit, tamen est iniura, & iniuriolae Deo, & Ecclesie. In vltimo autem casu, scilicet, quando percussio leuis est, aut vuln⁹ modicum, sanguis vero effusus est copiosus, Victoria in Sum. n. 99. absolute sentit, non violari tunc Ecclesiam: & fortasse regula generalis esse potest: quod, nisi percussio grauis sit, ita vt ad peccatum mortale sufficiat, etiam si contingat copiam sanguinis effundi, non violatur Ecclesia, quia tunc illa effusio est veluti materialis & casualis. Quotiescumq; vero cum percussione graui, quæ ad peccatum mortale sufficit, coniungitur copiosa sanguinis effusio, tunc ad Ecclesie violationem sufficit.

Tertio violatur Ecclesia per humani feminis effusionem, vt habetur in citatis iuribus, quod omnes auctores intelligunt in primis de effusione voluntaria: quia alia non est humana, nec iniuriola Ecclesie, qualis est pollutio nocturna: vel etiam si in vigilia,

Fr. Suarez. Tom. 3.

inuoluntarie tamē accidat. Requiritur etiam omnes auctores, vt fiat in sufficiente quantitate: nam vnus vel alterius gutta effusio ad violationem non sufficeret: tum propter vim verbi (effusionis) vt supra notauimus: tum etiā, quia illa modica effusio, quamuis ex parte interioris voluntaris sit peccatum mortale intemperantiæ; tamen in ratione exterioris iniuriæ loci sacri, non est res adeo grauis, neque iniuriā (vt ita dicam) consummata. Præterea necessarium est, vt talis effusio fiat intra Ecclesiam: nec erit satis, si fiat in locis Ecclesie adhaerentibus, vt in cubiculis Ecclesie coniunctis, vel in turri, vel supra tectum, vel in spelunca sub pavimento Ecclesie, sicut dictum est de homicidio, vel effusione sanguinis: est enim eadem ratio, vt notauit Soto in 4. dist. 32. artic. 3. Cordub. in Sum. q. 12. Præterea ad huiusmodi violationem omnes censent sufficere effusionem feminis copiosam, voluntariam, publicam, ac illicitam quocumq; genere turpitudinis, siue sit per pollutionem, siue per quacunq; illicitam copulam, in quocumq; genere personarum, fidelium vel infidelium: quia iura absolute & simpliciter loquuntur. Difficultas autem superest, an per copulam de felicitam, scilicet coniugalem, in Ecclesia facta, polluat Ecclesia. Aliqui enim absolute affirmant, quia iura citata absolute loquuntur de effusione feminis. Item, quia talis copula, quamuis non sit iniusta, neque ex obiecto intemperans, tamen hoc ipso, quod sit in Ecclesia, est sacrilega, & peccatum mortale. Ita tenet Paludan. in 4. dist. 18. qu. art. 4. Soto dist. 32. articulo 3. Caietan. in Sum. verb. Matrim. peccata. numero sexto, & Sum. Angel. Consecratio. 2. quæst. 7. Nauarr. capit. 16. numer. 33. & ca. 27. numer. 253. quialios citat. Idem Victoria in Sum. numer. 90. Gloss. recepta in capit. viiico, de consec. Eccles. in 6. Secunda opinio absolute, & in vniuersum negat Ecclesiam violari per copulam coniugalem. Ita tenet Glossa, in cap. Ecclesiis. de consecrat. d. 1. & significat Soto d. 13. quæst. 2. artic. 3. ad 2. addit tamen,

forfan ita esse, quia poenae sunt restringenda. Vnde significat, ita esse pie interpretanda præcitata decreta: maxime, quia in cap. Si motum, de consec. d. 1. solum fit mentio adulterij, sicut etiam in c. Significasti, de adulteriis. Vnde in quadam lege huius regni, partit. 1. tit. 10. l. vlt. per adulterium & fornicationem dicitur pollui Ecclesia. In dicto autem cap. Ecclesiis, solum dicitur, Ecclesias esse purgandas, cuiuscumq; femine pollutæ fuerint. Non explicatur autem, cuius femine polluantur: ergo recte exponi potest, pollui iniqua seu polluta feminis effusione, quia per actum de se honestum & licitum non est, cur polluat Ecclesia: & ita erit distributio tantum accommodata, non vero absoluta: id est, vt intelligatur, non de femine, quomodocumque & à quocumque effuso, sed de illo, quod tam iniquè effunditur, vt Ecclesiam polluat. Et confirmatur, nam vsus matrimonij in Ecclesia non videtur res adeo turpis, vt secluso contemptu, sit peccatum mortale: quia non est specialiter prohibitus aliquo iure positiuo, considerata vero sola ratione naturali, cum ille actus non sit malus, sed honestus, non videtur adeo grauis irreuerentia loci sacri, quod in illo fiat, secluso contemptu & scandalo. Vnde Soto, d. 13. d. 32. dicit, si concubitus sit occultus, forte non esset peccatum mortale: quia tunc non violatur Ecclesia, quia non violatur, nisi publico actu, vt statim dicitur, ob idque (inquit) iniuria non est adeo atrox celsenda. In quo discursu significat, quando coniugalis copula est publica, esse peccatum mortale, quia violat Ecclesiam. Quod (vt verum fatear) non videtur recte animaduersum, quia actio non sit peccaminosa, quia polluit Ecclesiam, sed potius, quia ipsa est turpis & repugnans Ecclesie sanctitati, ideo ex institutione Ecclesie, illi adiuncta est, veluti censura, seu interdictione talis loci: si ergo copula coniugalis occulta in Ecclesia facta, non est peccatum mortale, etiam publica non erit peccatum mortale, secluso scandalo:

PPP dicitur

Dubium.

Obiectio. Solutio.

Dubium.

Opinio.

Paludan. Caietan. Soto. Sum. Ang. Nauarr. Victor. 2. Opinio.

Soto.

Regula generalis.



dicitur enim publica, non quia sit coram omnibus: id enim per se est turpe & contra honestatem: sed quia omnibus nota est ex publica cohabitatione in Ecclesia, & in eodem thoro: quo sensu illa circumstantia est impertinens ad honestatem, vel turpitudinē, secluso scandalo: ergo nec etiam publica copula polluet locum sacrum: quia ut polluere possit, debet supponi peccatum mortale. Tertia opinio distinctione vitur: nam quando coniuges ex iusta causa coguntur in Ecclesia habitare, & dormire, præsertim longo tempore, tunc censet, non violari Ecclesiam per copulam conjugalem, secus vero esse, si absq̄ legitima causa ibi coniungantur. Fundamentum esse potest, quia, quando fit hoc posteriori modo, talis usus matrimonij est illicitus & sacrilegus, contra reuerentiam loco sacro debitam: priori autem modo est licitus, quia non sunt obligandi homines ad rem adeo difficilem, qualis est diuturna continentia in ea occasione, & veluti tentatione: solum propter quandam extrinsecam decetiam loci sacri: tum etiam, quia non sunt coniucendi in periculum mortale illicitæ pollutionis: & ideo, quando solum hac de causa coniunguntur ad vitandum tale periculum, potius in hoc vitentur locū sacrum reuereri, quam illi iniuriam facere. Et hanc opinionem sic expositam tenet Rich. in 4. d. 32. art. 3. q. 1. Maior. qu. 1. Syluest. verb. Consec. 2. q. 5. & verb. Debitum, q. 3. Castro, lib. 1. de lege poen. cap. 7. document. 2. Couar. in 4. libro Decretal. par. 2. c. 7. s. 2. nume. 3. & Vist. in Sum. nu. 27. 6. dicit, hanc opinionem esse probabilem, & securam practice. Et reuera ita est, vnde, formaliter potius, quā materialiter, eam explicando, hæc videtur generalis regula assignanda. Per copulam conjugalem illicite, & iniuriose factam in Ecclesia, polluit Ecclesiam: quia tunc eadem est ratio de tali effusione seminis, & de cæteris, nam licet non sit contra iustitiam, tamen respectu circumstantiæ loci est intemperans, atq̄ etiam sacrilega. Vnde, cum iura, quæ de huiusmodi effusione loquuntur, quamuis interdum nominent vnam vel aliam speciem illicitæ effusionis: tamen generatim loquendo, ut nimirum, comprehendant voluntariam, & illicitam effusionem seminis, necessario etiam dicendum est, complecti etiam copulam conjugalem, prædicto modo factam. At vero, quando coniuges excusantur à peccato mortali in huiusmodi copula, verifimilius est non pollui, tunc Ecclesiam, etiam si publica sit, quantum moraliter de tali actu publice constare potest: quia in prædictis decretis nullum est verbum, ex quo possit contrarium elici, ut satis declaratum est: & alioqui nulla est ratio, cur ex tali actu licito, qui cum reuerentia & timore Dei fieri potest, Ecclesia polluat. Itē, effusio sanguinis, si ex iusta causa fiat, ut, verbi gratia, ad defensionem vitæ corporalis, non polluit Ecclesiam: ergo neq̄ effusio seminis honesta, & honeste facta ex iusta causa, verbi gratia, in defensionem vitæ spiritualis, seu ad vitandum periculum incontinentiæ, polluet Ecclesiam. Quando autem talis copula licite, vel illicite fiat in Ecclesia ad materiam de matrimonio spectat: nunc autem breuiter possumus hac regula vti; Quotiescunq̄ moraliter, & iuxta humanam fragilitatem vitari potest, aut in alio loco fieri, peccatum mortale erit, intra Ecclesiam illam perpetrare: non vero quando humana necessitas, vel fragilitas compellit. Vnde, si coniuges non coguntur dormire intra Ecclesiam: quia, licet foras se cogantur in ea habitare, tamen possunt in cubiculis adiunctis coeundo. Item, si iusta ex causa in Ecclesia dormiant, tamen breui tempore: vna scilicet, vel alia nocte, ut verbi gratia, si voti causa in Ecclesia maneant, grauius peccabunt coeundo: quia facili negotio possunt se continere, & separare, quoad thorum, ita ut morale periculum pollutionis, & similis intemperantiæ eueniret, & huiusmodi casibus, non solum pec-

3. Opinio.

Richard.
Maior.
Syluest.
Castro.
Couar.
Victoria.

Generalis
regula assignatur.

Egregia comparatio.

Alia regula.

cat, qui petit debitum, sed etiam qui reddit: quia alter non habet ius petendi tali tempore & loco. At vero, si iusta ex causa cogantur habitare longo tempore in Ecclesia, in qua nullus sit locus adiutus, in quo dormire possint, præter ipsum templum, verbi gratia, propter obfidionem, vel propter aliquod crimen, vel quid simile, tunc copula coniugalis in Ecclesia non erit peccatum mortale, propter rationes supra factas. Vnde addo, etiam si non vterque coniunx, sed alter tantum in Ecclesia perpetuo manere cogatur, ita ut extra illam nullo modo possit petere aut reddere debitum, non videri peccatum mortale, si altero coniuge illuc voluntate accedente, actum matrimonij consummaret: quia etiam tunc intercedit morale periculum incontinentiæ: neque est verifimile, Ecclesiam obligare cum tanto rigore ad vitandum illum actum in Ecclesia: neque etiam ex sola ratione naturali in hoc apparet irreuerentia, præsertim grauis.

Secundo dubitari solet circa hunc casum, an per occultam pollutionem, vel fornicationem, aut similem actum polluat Ecclesia, an vero requiratur, crimen esse publicum, & quomodo. Verus, & communis sententia est, per crimen occultum, Ecclesiam non violari. Ita tenet Syluest. verb. Consecratio 2. q. 5. & verb. Missa 1. q. 5. & verb. Confessio 3. qu. 18. qui refert alios. Nauar. c. 27. nu. 251. Soto d. 13. q. 2. art. 3. ad 2. & d. 32. art. 3. Palud. in 4. d. 18. qu. 8. ar. 4. & assert. ex Nauar. exemplum, nam, licet sollempnis penitentia nunquam pro occulto crimine imponenda est, ita neq̄ Ecclesia est reconcilianda propter occultum crimen: quia reconciliatio semper fit cū sollemnitate. Eandem opinionem tenet Greg. Lopez, dicta l. 2. o. tit. 1. o. part. 1. & Jacobus de Graliis, lib. 2. q. 7. nu. 25. qui omnes adducit ca. Significasti. de adulteriis, vbi ideo censetur Ecclesia polluta per adulterij, quia adultera publice delictum confessæ est. Ratio vero est, quia Ecclesia non iudicat de occultis. Neq̄ esset conueniens cuncta delicta prodere, recõciliando Ecclesiam. Item, quia sequerentur magna incommoda, si sacerdos verbi gratia, ob occultam pollutionem, quæ sibi in Ecclesia contingit, deberet abstinere à celebrando in tali Ecclesia: de similia. Quo circa doctrina hæc de occulto, vel publico delicto, licet specialiter tradatur in hoc casu de effusione seminis, quia frequenter in illo accidere potest, non tamē limitanda est ad solum illud, sed extendenda etiā ad effusionem sanguinis, & ad omnē alium casum, qui possit esse occultus: quia eadē omnino ratio, & ita sentiri aures citati. Sed quæres, quæ publica notitia delicti, aut facti necessaria sit. Respondeo, fere omnes citati auctores, necessariam esse, aut facti euentiam, aut quod iuridice probatur sit delictum per iuridicam confessionem, vel sufficientem probationem. Vnde, quamuis duo, vel tres sciant delictum, si taceant non est polluta Ecclesia: quia adhuc est delictum absolute occultum, respectu populi. Evidentia autem facti, non est ita intelligenda, ut necessitas factum ipsum videri publice ad omnibus: id enim nec necessariū est, nec sæpe moraliter, possibile: sciat ergo est, quod iuxta negotij, seu facti qualitatem sufficiens notitia illius communiter in plebe, aut in Parochia habeatur. Vnde ait Soto, si publice constiterit, virum & sceminam in Ecclesia cohabitare in eodem thoro, id satis esse ad euentiam illius facti, & vt Ecclesia polluta censetur. Et Nauarrus addit, quæuis ob delictum factum coram duobus, Ecclesia non sit polluta, quam diu illi tacent, tamē, si post aliquod tempus illi publice prodant delictū, ex tunc incipere Ecclesiam esse pollutam, ex quo delictum incipit esse publicum: sufficit ergo publica notitia, vel sufficiens testimonium morale: vel talia iudicia, quæ rebus æquiualeant, & moralem certitudinem efficere possint. Addi vero vterius, probabiliter potest, post decretū Conc. Constantinensis restringentis censuram.

cenfuras, vt neminem obligent ad fe abftinendū vsq; ad iuridicam denunciationem, nifi in cafu publicæ percuſionis clerici; addi (inquam) poteſt, etiam in præſenti cafu non ſufficere, quamcumque hotitiam delicti: donec per ſententiam iudicis declaratum fit; Eccleſiam illam eſſe pollutam, ſicut Eccleſia nunc nō eſt interdicta, vt obligemur abſtinere, & interdictum ſeruare, donec per iudicis ſententiam cenſura interdicti publice denuntiata fit. Ratio eſt, quia verba decreti ſunt, vt nemo teneatur abſtinere à quibuſcunque diuinis, prætextu cuiuſcunq; ſententiæ aut cenſuræ, à iure vel ab homine generaliter promulgatæ, donec in particulari ſeu nominatim declaretur, interdictum autem eſt cenſura quædam: hæc vero pollutio Eccleſiæ eſt quoddam interdictum, vt ſignificat Palud. ſupra, & Sylueſt. verb. Interdictum. 4. qu. 3. & quali ſententia quædam iure lata, ergo merito cēſeri poteſt comprehenſa ſub illo decreto Conc. Conſtantienſ. & ita docuit Salmantica, ante plures annos gravis quidam Theologus Dominicanæ familie: & eſt probabile: plenior autem huius rei reſolutio vsq; ad materiam de interdicto differatur. Videtur enim res valde incerta. Nam hæc Eccleſiæ pollutio impropriſſime inter cenſuras numeratur, nō eſt enim proprie interdictum, vt plane colligitur ex ca. Is qui iuncto, §. is vero, de ſenten. excommun. in 6. vt inferius clarius adnotabimus.

Palud. Sylueſt.

F. Iohannes de la Penna 3 p. 74.

Victoria.

Palud. Sylueſt. Abbas. Hoſtienſis.

Auſtoris ſententia.

Argumentū à paritate. rationis non ſemper ſufficit.

Quarto violatur Eccleſia, ſi in ea fidelis excommunicatus ſepeliatur, vt tradunt omnes citati ex cap. Conſuluiti, de Conſecr. Eccleſiæ vel altaris, vbi de cœmeteriis fermo eſt. Eſt autem eadē vel maior ratio de Eccleſia, cum ipſa ſit principalis in hoc negotio; cœmeterium autem ſit, quaſi acceſſorium, c. vnico de Conſec. Eccl. in 6. Solum eſt adnotandum ex Vict. in Sum. dub. 99. nunc poſt decretum Conc. Conſtan. ſupra tactum, neceſſarium eſſe, vt huiuſmodi excommunicatus, ſit nominatim excommunicatus aut manifeſtus percuſſor clericus: quia hos tantum tenemur vitare, & ita etiam hos tantum tenemur in loco ſacro non ſepelire. Deniq; reliqui omnes iam cenſentur, vt occulte excommunicati. Ex hoc tamen caſu inferunt à ſimili Doctores, idem dicendum eſſe, Eccleſiam, ſcilicet violari; ſi ab Epifcopo excommunicato conſecretur, vel benedicatur. Ita docent Palud. & Sylueſt. ſupra cum Abbate & Hoſtienſi in dicto cap. Conſuluiti qui nullo iure id probant: ſed tantum argumētō à ſimili ex eodē cap. Conſuluiti: nam, ſi ſepultura corporis excommunicati (inquunt) polluit iplum locum, multo magis conſecratio ipla tranſiens per os excommunicati eundem locum polluet. Itaq; conſecratio, vel benedictio facta ab Epifcopo excommunicato, & tenet, & rata eſt: quia ſubſtantialiter iurisdictionem non requirit, ſed poteſtatem Ordinis, quam non auferit excommunicatio: manet ergo talis Eccleſia conſecrata, vel benedicta: dicitur tamen ab his authoribus ſimul manere polluta quaſi ſuſpenſa, ne munus ſuum loci ſacri exercere poſſit: ſicut, qui excommunicatus Ordinatur, Ordinatus quidē manet, ſuſpenſus tamen relinquatur, ne ordines exercere poſſit. Ego autem (vt verum fatear) quamuis non inueniam auctores contradicentes huic ſententiæ, illi aſſentiri non poſſum, quia in huiuſmodi legibus penalibus & odiſis, argumentum à ſimili eſt inefficaciſſimum. Vnde, quod de irregularitate in iure cautum eſt; ſcilicet non incurri, niſi in iure fit expreſſa, verum eſſe exiſtimo, de quaunque cenſura, aut pena ipſo iure incurrenda: quia, ſi in iure lata non eſt, quomodo ipſo iure incurretur? Sed in præſenti caſu non eſt lata hæc cenſura ipſo iure: ergo neq; etiam incurritur ipſo iure: nam licet ius voluerit, Eccleſiam pollui per ſepulturam excommunicati, non tamen voluit idem fieri per actionem excommunicati. Neq; argumentum à paritate rationis ſufficit, quia eſto cōcedamus eſſe paritatem rationem, potuit Eccleſia vt ea ratione in vno caſu, & non in alio, ne aut caſus mul-

tiplicaret, aut omnes impunitos relinqueret. Vel negari poteſt, eſſe paritatem ratione: quia iniuria quæ fit Eccleſiæ per ſepulturam hominis excommunicati, eſt, vel maior, vel permanentior; quia corpus ab Eccleſia præſentium, quaſi in cuſtodiam committitur loco ſacro. Adde, ſi licet argumentari à paritate rationis, fortius argumentum in contrarium ſumi ex cap. A nobis, de ſacramen. non iterandum vbi dicitur, nō pollui altare, vel Eccleſiam ex eo, quod ſchiſmaticus, vel excommunicatus in ea celebret; ergo paritate non polluetur ex eo, quod excommunicatus eam conſecret. Item, ſi argumentum à ſimili eſſet efficax: ſicut Eccleſia polluitur, quia in ea excommunicatus ſepelitur, etiam polluetur, ſi ſacerdos excommunicatus aliquem ſolemniſſime in Eccleſia ſepeliat: quod tamen ſine dubio falſum eſt: eſt ergo illud argumentandi genus inualidum. Tandem, ſi metaphyſice hoc velimus expendere, quando Eccleſia ab excommunicato conſecratur; nihil ſit in Eccleſia conſecrata, vt ſic, quo poſſit pollui: quia pollutio Eccleſiæ ſupponit conſecrationem eius; talis autem conſecratio non ſupponit, ſed facit Eccleſiam conſecratam, & circa illam conſecratam nihil amplius conſecratur: non eſt ergo, cur polluat vel ſuspendatur, quo minus exercere poſſit munus loci ſacri: hæc ergo ſententia mihi videtur verior propter vim rationum, etiam ſi auctoritate deſtituta ſit.

Quinto violatur Eccleſia, quando aliquis paganus ſeu infidelis in ea ſepelitur, vel ſepultus iacet ex cap. quod violatur Eccleſia. 1. & 2. de Conſecr. diſt. 1. nomine autem pagani & infidelis comprehenduntur etiam pueri, qui ante Baptiſmum moriuntur. Sunt enim infideles, ſaltem negatiue. Addunt verò Sylueſt. & alij, hoc procedere, quando huiuſmodi infidelis, in ſeipſo (vt ſic dicam) ſepellitur: ſecus vero eſſe, ſi ſepeliatur in alio, vt ſi mulier fidelis prægnans in Eccleſia ſepeliatur: quia tunc ſœtus non reputatur, vt perſona per ſe diſtincta: ſed vt pars matris. Hoc autem accidere poteſt, ſi puer, vel antea, vel ſimul cum matre moriatur: nam, ſi viuere credatur, aperienda eſt mater, vt baptizetur infans, vt in ſuperiorib. dictum eſt. Quod ſi ex negligentia, vel malitia non ita fit, ſed contingat matrem mortuam habentem in vtero filium viuum ita ſepeliri, ratione homicidij, pollueretur Eccleſia; ſi, dum mater ſepelitur, infans in ipſa Eccleſia occidatur, quia quoad hoc non reputatur filius, vt pars matris, ideo illud eſt verum homicidium, ſicut etiam patet à ſimili in abortu; ſi vero extra Eccleſiam permittitur prius mori, vel etiam intra vterum interficeretur, & poſtea mater ſepeliretur in Eccleſia, non pollueretur hoc titulo, quia puer tunc per ſe non ſepelitur, ſed per accidens fertur cum matre. Atque hi quinque caſus à nobis enumerati locum habent, non ſolum in Eccleſiis conſecratis, ſed etiam ſimpliciter benedictis, vt colligitur ex dictis duobus capitibus, Eccleſiam, & ex c. Conſuluiti, & c. Si Eccleſia, de conſec. Eccl. vel altaris. Nec ſolum in Eccleſiis, ſed etiam in cœmeteriis locum habent, quæ eodem modo benedicuntur, ſicut Eccleſia, vt conſtat ex cap. Vnico. de Conſecr. Eccl. in 6. vbi etiam additur: violata Eccleſia conſequenter violari cœmeterium illi annexum, quamuis eſt conuerſo, violato cœmeterio, non violetur Eccleſia: quia acceſſorium ſequitur principale, nō vero eſt contrarium; vnde neceſſe eſt, cœmeterium eſſe contiguum Eccleſiæ: nam ſi ſit remotum, non cenſetur illi annexum: & ideo nō violabitur, quamuis violetur Eccleſia, vt in eodem cap. dicitur, & ſimiliter, ſi duo ſunt cœmeteria diſtincta: etiam ſi ita ſint coniuncta, vt pariete tantum interiecto diuidantur, & communem habeant portam, per quam ſit tranſitus ab vno ad aliud, nihilominus, violato vno, non cenſetur aliud violari, quia non cenſetur alteri annexum, ſed vtrumque Eccleſiæ. Quærit autem Sylueſt. verbo, Cœmeterium, quid ſit dicendum, ſi contingat pollutionem fieri in ipſa por-

Cafus in quo violatur Eccleſia.

Nota digna.

Accesſorium ſequitur principale, non vero eſt contrarium.

Sylueſtri quaſi ſum.



Virum requiratur altare consecratum, ut possit licite Missa celebrari.

Dionys.

Strabo.

Etyologia
nominis Al-
tare, sicut
dicitur.

Strabo.
Isidorus.
Nazianz.

Matth. 5.

2 ad Cor. 9.

Optatus.
August.

Ambros.

Yrenaeus.

Hieron.

Altare du-
plex.

totus integer superior lapis, qui propriissime vocatur Mensa altaris, consecratus est, & superaedificatus aliis lapidibus, quibus totum altare erigitur & constat: & de hoc altari frequentius loquuntur Patres, vbi cumq; altaris mentionem faciunt: interdum vero altare fixum non habet superiorem lapidem consecratum, aut certe nullum est altare fixum, sed solum lignea, & facile mutabiles mensae: & tunc necessarium est altare portatile, quod aram vulgo appellant. De quo plura statim.

Dicendum ergo secundo est: Ad offerendum Missae sacrificium, necessarium omnino est altare lapideum consecratum: siue illud fixum sit, siue portatile, hoc enim, per se loquendo, non refert. In hac conclusione multa continentur, primum est, materia, ex qua altare erigi seu consici debeat: scilicet, quod sit lapidea: ita enim statutum est in Conc. Hippone. cap. 6. ut Gratian. refert. c. Altaria. de Consecr. dist. 1. vel in Conc. Epauensi, c. 26. & 27. vt referunt Burch. libro 3. c. 25. & Iuo. par. 3. c. 30. Et inter Euaristi Papae decreta, quoddam simile refertur, scilicet, altaria, si lapidea non fuerint, ad celebranda diuina officia non consecrentur. Est ergo haec consuetudo in Ecclesia antiquissima, quam multi existimant, a temporibus Syluestri incepisse. Nam antea propter tyrannorum persecutionem, quoniam fideles vix habere poterant certa loca, in quibus sacrificarent, sed in cauernis, cryptis, & aliis occultis locis, prout poterant, rem diuinam faciebant. Ideo altaribus ligneis utebantur, quae facile de loco in locum transferri possent, postea vero concessa Ecclesiae pace per Constantinum statutum est, atque vsu receptum, vt altare lapideum sit. Quamuis antiquissimum altare ligneum, quo Apostoli & Pontifices vsi fuerant propter eorum reuerentiam, iussu Syluestri conseruatum sit, vt in eo solus Pontifex certis temporibus sacrificet: reliqua autem omnia lapidea sunt. Ad quod videtur alluisse Chrysostom. homil. 20. in posteriorem ad Cor. de altari scribens: Lapis quidem est natura, sanctum autem sit, quoniam corpus accipit Christi. Et Gregor. Nissen. orat. de sancto baptisinate, dicens: Altare hoc sanctum, cui assisimus lapis est natura communis, sed Dei cultui dedicatum, atq; consecratum: & August. ser. 255. de Tempore. Consecrationem altaris hodie celebramus, & iuste ac merito gaudentes celebramus festiuitatem, in qua benedictus, vel vnctus est lapis. Rationem autem huius consuetudinis tradidit D. Thom. ad 5. tum mysticam, tum litteralem: mystica est, quia altare representat, vel Christum, de quo scriptum est: Petra autem erat Christus: vel sepulchrum Christi, quod lapideum fuit. Olim vero altare ligneum significabat crucem, quae fuit altare, in quo Christi sacrificium cruentum obtulit: sed illa materia mutata est propter commoditatem vsus: vnde ratio literalis est: quia materia lapidea, & vulgaris est, facileq; haberi potest, & est firmior ac durabilior, qualem oportebat esse, vt immutabile consecrationem acciperet. Solum est obseruandum, in altari fixo non oportere, vt totum altaris aedificium lapideum sit: potest enim esse ligneum, vel terreum, quantum ad omnes remotiores partes. Solum ergo requiritur, vt superiorem mensa lapidea sit: illa n. sola consecratur. In vniuersum autem loquendo, sufficit vt ara lapidea sit, dummodo alia necessaria habeantur, vt dicemus: oportet tamen, vt sit tanta longitudo & latitudo, vt capere possit pedem calicis, & hostiam seu patenam, vt possint post consecrationem supra illam collocari. Non oportet autem scrupulose in hoc laborare, vt calix & patena seu hostia, quo ad omnes partes suas super lapidem constitui possint: satis enim est, vt quoad maiorem partem supra illum collocari valeant, dummodo firma sint, & sine periculo cadendi: quae omnia sunt assumpta ex communi Doctorum sententia in 4. distinct. 13. vbi specialiter videndi sunt Paludan. quaest. 2. art. 4. Soto artic. 3.

2 Conclus.

Conc Hipp.
Gratian.
Burch.

Conc Epau.
Iuo.

Chrysostom.

Greg. Niss.

August.

Notati di-
gnam.

Palud.
Soto.

Alenf.
Syluest.
Nauar.

tic. 3. & Alenf. 4. part. quæst. 38. membr. 3. alias. q. 10. membr. 5. artic. 2. Syluest. verbo, Altare. Nauar. c. 25. num. 83.

Dionys.
Marial.
August.
Hieron.
Ezech. 43.
Euarist. P.
Burch.
Con Agat.
Gratianus.

Cyprian.

August.

Rabanus.

Raban.
August.

Durand.

Hermisd.
Damaj. P.

Syluest.
Palud.
Nauar.

Qualatum.

Secundo explicatur in conclusione posita forma, seu quasi forma huius altaris, quæ est consecratio: nõ enim agimus de forma materiali & physica, qualis in præfenti esse posset figura: hæc enim nulla certa requiritur ex aliquo Ecclesiæ decreto, sed cõmuni vsu esse solet quadrata, seu quadrangularis figura, quod obseruandum est: tum propter consuetudinem: tum etiam, quia est aptior ad vsum altaris: agimus ergo de forma veluti spirituali, quæ in consecratione consistit: quam etiam esse antiquissimam in Ecclesia cõstat ex Dionys. de Ecclesiast. Hierarch. c. 4. & ex Mariali epist. 1. ad Burdegal. & Aug. serm. 255. de tempore, & Hieron. Ezech. 43. & aliorum Patrum, qui huius consecrationis meminerunt. De hac autem consecratione sic legimus ex Euaristo Papa apud Burch. libr. 3. cap. 27. & ex Concilio Agath. c. 14. apud Gratianum, c. Altaria. 2. de Consecr. d. 1. Altaria placuit, non solum vnctione Chrismatis, sed etiam sacerdotali benedictione sacrari. In quibus verbis ponitur requisita ad consecrationem: primum est vnctio Chrismatis, de qua S. Cyprian. serm. de vnctione Chrismatis. Altarium lapides oleo delibuci spirituales significat sacris mysterijs inesse pinguedinem: & August. dicto serm. 255. de tempore, Celebramus (inquit) festiuitatem, in qua benedictus, vel vnctus est lapis, ut quod in altari visibiliter colitur, in nobis inuisibiliter cõpleatur. & Rabanus libro de institutio. Cleric. ca. 45. Altare, inquit, post asperionem aquæ, Chrismate perungitur ad imitationem Patriarchæ Jacob. Et infra: Chrismatis linitur vnctio, ut demõstretur, quod omnis sanctificatio constat in Spiritu sancto. Ex quorum Patrum sententijs plures rationes huius cæremoniæ colligi possunt. Secundo requiritur benedictio, quæ partim fit asperione aquæ benedictæ, vt Raban. supra indicat, partim signo crucis, vt August. meminit, serm. 19. de Sanctis: partim, alijs orationibus, & ritibus, quæ in Pontificali traduntur, de quibus videri potest Guliel. Durand. lib. 3. Rational. c. 7.

Tertio additur, hanc benedictionem debere esse sacerdotalem: quod intelligendum est, quasi per antonomasiam de Episcopali: quia nullus alius præter Episcopum potest hanc consecrationem efficere, vt constat ex Hermisd. in c. Nullus Presbyter. de Consecr. d. 1. Vnde Damaj. Papa, in epist. 4. decretal. negat posse Chorepiscopos altare erigere, vncture, aut facere: quod intelligendum est ordinaria potestate, Papa enim recte potest committere hanc potestatem simplici sacerdoti, ordinarie autem non facit: solum inuenio hoc esse concessum Presbyteris Societatis Iesu, pro locis remotissimis infidelium, in quibus Episcopi Catholici non adsunt, in Bulla Pauli III. anni 1549. Obseruandum vero in hoc est, hanc altaris consecrationem tam diu durare, quam diu lapis consecratus integer manet: si autem frangatur, consecrationem amittit: de qua re multa scribunt Syluest. verbo, Altare, q. 8. & sequentibus. Palud. Nauar. & alij locis supra citat. & Iuo epi. 32. & 128. qui omnes docent, oportere fractionem esse notabilem, vt consecratio amittatur, ita vt in neutra parte contracti lapidis possint cõmode calix & hostia collocari: nam, si altera pars maneat in quantitate sufficiente, illa consecrata manebit, quia hæc consecratio non requirit certam figuram in materia consecrata, sed tantum sufficientem magnitudinem, vt dictum est. Sed quæri potest: Vtrum absq. fractione possit interdum altaris consecratio amitti. Et ratio dubij est, quia in c. 1. c. Quod in dubiis. c. Lignis de consecr. Eccl. vel altaris, sub distinctione dicitur, Si altare motum, vel contractum fuerit, iterum esse consecrandum, & loquuntur de altari fixo: & de lapide illo, cui consecratio adhibetur: ergo, quãuis ille nõ frangatur, si remoueatur ab inferiori structura altaris, amittit consecrationem: & ita explicatur c. Si mo-

tum, de Consecr. d. 1. vbi dicitur: Si motum fuerit altare, denovo consecratur Ecclesia: sc. quantum ad altare nõ enim propter solâ altaris remotionem, tota Ecclesia iterum consecranda est, vt in d. c. 1. declaratur: quamuis illa correctio potius, quam declaratio alterius Canonis videatur. Aliqui interpretantur hæc iura, vt non intelligantur de sola motione locali, sed de mutatione quoad formam. Sed est violenta expositio: quia, vt dixi, in huiusmodi lapide non requiritur aliqua determinata forma seu figura præter conuenientem magnitudinem, quæ non amittitur, nisi per fractionem: ergo in eo sensu motio lapidis, nihil aliud esset, quam fractio. Concedendum ergo est, lapidem illum amittere consecrationem, non tantum per fractionem, sed etiam per solam motionem localem, sed per separationem à reliqua structura altaris. Itaq. si fingamur totam altaris structuram cum suo lapide superiori integram & eandem retinendo compositionem, ab vno in alium locum Ecclesiæ mutare, existimo non amittere consecrationem: quia, vt argumentum probat, non pedit à sola præsentia locali: nec tunc remouetur seu dissipatur altare. Si tamẽ ipsa altaris structura dissoluatur, & superior lapis ab inferioribus separetur, tunc amittit consecrationem, iuxta supra dicta iura, vnde intelligitur consecrationem huiusmodi altaris præcipue inesse in coniunctione superioris menis cum structura inferiori, vt Gl. in d. c. 1. notauit, & ita tenet Palud. d. 13. q. 2. ar. 4. concl. 2. Syluest. & alij supra citati. Sed quid erit dicendum de altari portatili, quod ab vno loco in aliud transfertur, & non amittit consecrationem? Respondet Palud. sup. hæc altaria non consecrari, nisi affixa alicui tabule, vel capite ligneæ, in qua sunt veluti in propria loco, & propria structura, quod etiam affirmat Alenf. libr. 4. Summ. tit. 14. art. 4. Vnde addit Palud. quod, si ab ea capitulo remoueantur, amittent consecrationem, non tamen si intra illam ab vno in alium locum transferantur, & ita etiam in hoc altari saluatur proportionaliter decisio illorum Canonum: & hanc opinionem sequitur Durand. lib. 1. c. 25. citatq. Luonem epist. 32. & Durand. 128. Quæ opinio est securior, nullum tamen inuenio, in quo fundetur, cum tamen tota hæc ex iure positum pendeat. Vnde contrariam sententiam tenet Syluest. verbo, Altare, §. 19. & in re idem tenet Syluest. Aug. §. 2. quamuis quibusdam distinctionibus vtatur minime necessariis, & idem fere sentit Tabien §. 5. Tabien qui addit, idem esse de altari fixo, quando mensa prius per se consecratur, & completa consecratione superponitur structura. Quocirca facile dici possent priora decreta intelligi solum de altari fixo, & immobili, quando, vt sic consecratur: id est, vt fixum & immobile sit: & ideo mirum non est, quod per remotionem consecrationem amittat. At vero altare portatile sub alia ratione consecratur, scilicet, vt mobile sit, & ideo non est eadem de illo ratio: nam certe illud ornamentum ligneum, quo huiusmodi lapis circumdari solet, non videtur adeo essenziale huic consecrationi: nam interdum videntur huiusmodi lapides sine illo consecrari. Sed vterius circa hoc inquiri solet, an sit de essentia huius consecrationis, vt in altari seu lapide consecrato reliquæ Sanctorum ponantur. Ita enim statutum fuisse legimus in Can. Placuit. de Consecr. d. 1. ex Conc. Carth. V. c. 14. & Concil. African. c. 50. & in VII. Synodo. ca. 7. Propter quæ de hoc Placuit, censetur hoc esse necessarium, saltem in consecratione altaris fixi Durand. vero in Rationali lib. 1. cap. 7. nu. 23. addit etiam Durand. quiri reliquias, vel corpus Christi. Itaq. censetur, cum desunt reliquæ, particulam hostiæ consecrare debere recondi in altari consecrando. Sed hoc indecens mihi videtur, & improbabile, vt respondisse fertur Innoc. Pap. & docent Turrecrem. cum alijs in d. can. Placuit, & Abb. in ca. 1. de Consecr. Ecclesiæ vel altaris. Existimo ergo reliquias non esse de essentia huius consecrationis, vt ex vsu conitat: & fortasse in-

iniquam fuisse: nam illud c. Placuit, alia in expositionem habere potest: quam supra tradidimus: & quamuis demus illud tunc preceptum, non tamen inde fit, fuisse de substantia consecrationis: preceptum autem iam cessauit: vel quia cessauit ratio & occasio eius, quae fuit ad resistendum hereticis, honorem debitum reliquis Sanctorum oppugnatis: tum etiam, quia in tanta templorum & altarium multitudine, iam id commode impleri non potest.

In tertia parte conclusionis declaratur necessitas altaris consecrati, quae tanta est, ut absque mortali peccato non possit hoc sacrificium celebrari in altari non consecrato: ut docent omnes citati auctores, & constat aperte ex iuribus supra citatis. Additur vero in vltima parte conclusionis, sufficere altare fixum, vel portatile: alterutrum enim horum ita necessarium est, ut nulli omnino liceat, etiam ex privilegio, aliter consecrare hoc sacramentum: nam Episcopus non potest in hoc dispensare, ut constat ex perpetua Ecclesiae consuetudine. Summus autem Pontifex, licet ex graui causa dispensare possit (est enim hoc ius Ecclesiasticum) nunquam tamen legitur id fecisse: nec videtur moraliter esse posse necessarium, aut conueniens. Et vero, si altare consecratum sit, non refert, quod sit fixum vel portatile. Nam quodcumque sufficit, quantum est ex parte altaris, quod dico, quia ex parte loci, seu templi aut domus, in qua est altare, requiritur sua propria benedictio vel consecratio, ut dictum est. Et in hoc est aliqua differentia inter haec duo altaria: quia altare fixum, nunquam est consecratum, nisi sit intra Ecclesiam consecratam, aut benedictam: & ideo, regulariter loquendo, vbiunque est huiusmodi altare, heri potest sacrificium. Quamquam fingi potest casus, in quo altare consecratum sit, & tamen templum, vel sit pollutum, vel certe non consecratum vel benedictum, ut si combustum fuit vel destrutum, altari integro manente, & postea reaedificetur, & non benedicatur: tunc enim in illo altari non potest fieri sacrificium absque specialis privilegio, vel licentia Episcopi. Altare vero portatile, quia facile transferatur de loco in locum, facile potest in loco benedictio, & non benedictio collocari: & ideo de illo dici solet, non posse aliquem eo uti ad sacrificandum, nisi ex privilegio: quod intelligendum est, quantum ad absolutam & generalem facultatem utendi illo, in quolibet decente loco, ut supra dictum est, ut colligitur ex cap. In his, de privilegio, & c. vlt. eodem tit. in 6. In Ecclesia autem benedicta qualibet absque privilegio potest sacrum facere cum solo altari portatili: ut constat ex vsu, & ex c. Concedimus, de Consecrat. d. i. Vltimo loco tractari hic poterat de situ altaris, quem in Ecclesia habere debet: potest scilicet, oporteat illud ad Orientem respicere, necne. Sed quoniam haec questio de oratione versus Orientem vulgaris est, alijs locis tractari solet. Dicendum est tamen breuiter, in hac re nihil esse simpliciter necessarium ex precepto. Fuit quidem antiqua Ecclesiae consuetudo, ut in templis seu Ecclesijs altare maius seu principale ad plagam orientalem respiceret, ut fideles ad eum conuerterent, Orientem versus orarent, ut refert Valsfridus Strab. de rebus Ecclesiasticis. c. 4. & constat ex alijs scriptis citandis: & ex communi vsu Romanae Ecclesiae: & ex antiquis Patribus, Clemens. epist. 2. & ex alijs, qui meminerunt consuetudinis orandi ad Orientem, ut in situ. q. 118. ad Orthodoxos, Athanasius. q. 44. ad Antioch. Greg. Niss. orat. 5. Basil. de Spiritu sancto, c. 27. Epiphanius. haeres. 19. Orig. homil. 4. de fide, c. 13. Tertullianus. lib. cont. Valent. c. 3. & in Apolog. c. 16. Augustinus. lib. 2. de Serm. Domini in monte, c. 9. Gersonius. in Theor. rerum Eccles. Paulinus. epist. 12. & D. Thom. 2. 2. q. 84. art. 3. ad 3. Veruntamen, haec consuetudo, nec tam vniuersalis fuit, quin contrarium alicubi factum fuerit, ut de Ecclesia Antiochena refertur Niceph. li. 12. c. 34. & Socrates lib. 1. c. 21. nec modo pertinet ad necessitatem precepti, sed ad decentiam quandam,

ut D. Tho. supra dicit, & ideo non oportet semper seruari, sed quando commode potest. Vnde de reliquis altaribus particularibus constat, indifferenter posse versus quamcumque mundi plagam erigi, ut patet ex vsu omnium Ecclesiarum. Idemque fere est de his, quae in priuatis oratorijs. Cur autem in veteri lege altare tabernaculi, seu templi versus occidentem constitutum fuerit, legi potest in Anastas. Niss. lib. quaest. 1. q. 102. D. Thom. 2. q. 102. D. Thom. 2. q. 102. D. Thom. 2. q. 102. art. 4. ad 5.

SECTIO VI.

Quomodo ornari debeant templum & altare, in quibus sacrificium est offerendum.

TRACTARE hoc loco possumus, aut de licito & decente ornatu, aut de necessario simpliciter ad sacrificium offerendum, de necessario, inquam ex precepto Ecclesiae: nam ex sola rei natura, aut ex substantia ipsius sacramenti seu sacrificij nulla oritur necessitas alicuius ornatus: agimus autem nunc non de ornatu pertinente ad ministros altaris, qui consistit in vestibus sacris: nec de vasis sacris, eorumque ornatu, & de quibus omnibus postea dicendum est, sed solum de ornatu, seu apparatu ipsius templi, vel altaris.

Dico ergo primo, ut fieri possit sacrificium, necessarium est, altare esse praeparatum aliquibus rebus seu ornamentis ad sacrificium necessarijs, praeter quae nullus alius ornatus templi est simpliciter necessarius. Prior pars declaratur breuiter: nam in primis necessarium est, ut super altare, seu aram consecratam extendatur lintheum aliquod, quo operiatur superior pars, seu superficies altaris, ut constat ex vsu Ecclesiae: solet enim altare mappa, seu syndone munda cooperiri. Deinde requiritur palla lineae, super quam immediata extendatur corporale: ita ut ante corporale ad minus duae pallae, seu tobaliae sint extensa super altare, vel vna saltem plicata: illa enim duabus aequiualeat, nec refert, quod in aliqua parte continua sit. De his fit mentio in c. Altaris palla, de Consecrat. d. 1. & in c. Nemo, vbi dicitur, non esse mortuum obuoluendum palla, quae fuit in altari. & inf. dicitur, Pallas & vela sanctuarij, si sordidata fuerint ministerio, Diaconi cum humilibus ministris intra sanctuarium lauunt: & infra, Syndonem non foris abluunt. Sed in his decretis non satis declaratur, quae sint, vel quor ille pallae, neque an ab ipso corporali distinctae sint, in c. autem. Si per negligentiam, de Consecrat. d. 2. praeter corporale (quod ibi vocatur lintheum altaris) numerantur alia tria linthea. Sic enim dicitur, Si aliquid de sanguine stillauerit super lintheum altaris, & ad aliud stilla uerit, quatuor diebus peniteat, si usque ad tertium, nouem diebus peniteat: si usque ad quartum, viginti diebus peniteat. Vnde probabile est, praeter oblogam map-pam; quae totum altare cooperit, supponi duas alias pallas corporales, quod videntur obseruare, qui has res diuinas diligentius tractant. Consuetudo autem tenet, ut duae pallae sufficiant, ac necessariae sint: & ita docent auctores communiter, ut videre licet in Syluestro. verb. Missa, l. q. 1. cum Paludan. Innoc. & Direct. Palud. Curat. contra Summam Angel. quae dicit, vnam pallam sufficere. De his autem pallis nihil dicendum occurrat, nisi quod esse debent ex materia lineae, ut colligitur ex citatis iuribus: non tamen est necesse illas esse benedictas: quia neque aliquo iure cauetur; neque consuetudine obseruatur. Quod autem altare his pallis cooperiatur; antiquissimum est in Ecclesia: nam eius facit mentionem Clemens, epistol. 2. Et Opratus, Clement. lib. 6. Quis fidelium (inquit) nescit, in peragendis mysterijs ipsa ligna lintheamine cooperiri; inter ipsa sacramenta, vel amem tangi potuit, non lignum. & Burchard. libro 3. capit. 97. refert ex Concilio Rhe-mensi, haec verba, Altaria, in quibus corpus Domini consecretur; sanguisque eius hauritur, cum omni veneratione honoranda sunt, Curat. & Burch. & Burch.

PPP 4 & mut.

Valsfrid.
Strabo.
Clemens.

Athanasius.
Greg. Niss.
Tertullianus.
Augustinus.

Paulinus.

Nicephorus.
Socrates.

Isidorus. & mundissimis linteis ac pallis cooperienda. Ad hoc etiam alludit Isidorus, epist. ad Guilfredum, in c. Perlectis, dist. 25. ubi dicit, ad Diaconum pertinere, componere mensam Domini, atque vestire, & infra dicit, pertinere ad Archidiaconum ordinationem vestimenti altaris à Levitis. Vnde in Concilio Toletan. XIII. in c. Quicumque 26. quæst. 5. grauius præcipitur, ne vilius ministrorum Ecclesiæ altare diuinum vestibus sacris exuere præsumat, ubi vestis altaris vocari videtur mappa illa, qua totum altare cooperitur, & illa exui non debet, nisi in feria quinta hebdomadæ sanctæ, ob specialem significationem Christi nudati à vestimentis suis, vt notant Alcuinus de diuinis officijs, & alij: & iuxta hæc explicari potest, quod ait Innocentius libro 2. de myst. Miss. c. 56. ubi ait, duplicem esse pallam: vnâ, quam Diaconus super altare totam extendit, alterâ, quam super calicem plicatam imponit, pars extensa signat fidem, pars plicata signat intellectum. Forte enim hæc duæ pallæ, intelliguntur præter mappam, qua totum altare semper veuitum est. Sed fortasse hæc verba alium habent veriore sensum, vt infra dicam.

Secundo, præter pallas non benedictas requiritur corporale benedictum, quod debet esse lineum, & ab Episcopo consecratum, vt statuitur in c. Consulto. de Consec. dist. 1. ex Eusebio Papa, & Syluestro, prohibentibus, ne sacrificium altaris fiat in serico panno aut tincto, sed in puro linteo ab Episcopo consecrato: terreno, scilicet, lino procreato, atque contexto, sicut corpus Domini nostri Iesu Christi in sydone lineamunda sepultum fuit. Et hanc esse receptam Ecclesiæ consuetudinem docuit Beda super Marcum, capit. 4. & lib. 6. in Lucam, cap. 7. & Burchard. lib. 3. c. 98. refert simile decretum ex Concil. Rhem. cap. 3. & in cap. Sacras, d. 2. 4. appellatur (Palla sacra,) quia est veluti pallium seu indumentum Christi in altari. Communiter tamen appellatur (corporale) quia synodum repræsentat, qua corpus Christi inuolutum fuit, vt notauit Isidor. Pelleuista, epist. 123. vel quia in eo corpus Domini superponitur, vt notauit Alcuinus, lib. de diuinis officijs, c. de Celebrat. Missæ, & Durandus, lib. 4. Ration. cap. 29. & Germ. in Theor. rer. Ecclesiasticarum, & Amalar. libr. 3. de Ecclesiast. officijs, cap. 10. & Rabanus, lib. 3. de Instit. Cler. c. 33. qui alia etiam mysteria, & morales significationes in hac Ecclesiæ consuetudine considerant ac declarant, quas hic etiam attingit Diuus Thomas ad 7. & in opus. 58. Materia igitur huius linteæ esse debet, imo additur in citato loco decreto Concilij Rhemenis, quod in eo alteri generis materia pretiosior, aut vilior non misceatur. Sed hoc intelligendum est, quoad interiorem partem eius, in qua corpus Domini & calix collocatur: & ideo in Missali Romano dicit in medio non debere serico ornari: in ora autem seu extremitate non est prohibitum, quod auro, vel serico ornatur. Forma autem huius linteæ est consecratio Episcopalis, quæ cum fiat per simplicem benedictionem absque Chrismatis vntione, simplicibus Sacerdotibus interdum committitur, & multi superiores religionum habent in hoc speciale priuilegium. Durat autem hæc benedictio, quamdiu corporale integrum manet, per ruptionem autem, seu diuisionem amittitur, dummodo notabilis sit, sicut dictum est de Ara: & notauit Syluest. verbo (Corporalia) quæst. 2.

Atque hinc concluditur esse peccatum mortale ex suo genere, Missam dicere sine huiusmodi corporali; quia præceptum hoc, & hæc consuetudo Ecclesiæ est valde grauis: multumque pertinet ad huius sacramenti reuerentiam, vt colligitur ex Diuo Thoma hic ad octauum. Et hoc est multo certius in hac sacra palla, quam in cæteris non benedictis: in quibus vnâ tantum adhibere, & alteram omittere ob necessitatem, secluso contemptu, aut scandalo, fortasse non esset peccatum mortale, quia res, neque est tam constans, neque tam grauis. Viramque vero omitte-

re graue peccatum esset, quia est contra vniuersalem, & indubitam consuetudinem Ecclesiæ: & est maior indecentia, & irreuerentia. An vero in huiusmodi rebus possit interdum excusari peccatum, dicemus disputatione sequente, de vestibus sacris tractando.

Tandem circa hoc præceptum aduertendum est, olim vnicum tantum fuisse corporale oblongum, super quod corpus & sanguis Christi collocabantur, & residua parte eius cooperiebantur: & hoc tantum est de substantia & rigore huius præcepti: & ubi fuerit in vsu, obseruari potest, iam vero vsus obtrinit, vt in duas partes diuisum sit, quarum altera maior est, & altare seu aram cooperit, & hostiam altera maior in se recipit, & hæc retinet (corporalis) nomē & de ea sine dubitatione procedunt omnia, quæ diximus, alia vero pars minor est, quæ calix cooperitur, & vulgo (filiola) vocari solet: de qua Soto, distinctione 13. quæstion. 2. artic. 3. dicit, non esse de essentia ornamentorum altaris, & ideo non esse tantum scrupulum, quod sit serica, vel aurea. Ego tamen exultimo, quamuis absolute non sit necessaria: supposito tamen, quod corporale non sufficit ad cooperiendum calicem, eodem præcepto esse necessariam: quia hoc pertinet ad integrum munus corporale, quo fit, vt talis filiola ad hoc munus assumpta, debeat esse benedicta, sicut corpus Domini, quia est veluti quadam pars eius: & ita seruat vsus Ecclesiæ: & hinc concluditur, debere esse lineam, quia nulla alia materia est capax illius benedictionis: & præterea propter eandem causam, scilicet, quia est pars corporalis. Et fortasse de hac duplici parte loquitur Innocent. dicto lib. 2. de mysterijs Missæ ca. 56. Sic enim scribit, Diaconus corporales pallas super altare disponit, quæ significant linteamina, quibus inuolutum fuit corpus Iesu: pars autem, quæ plicata ponitur super calicem, signat sudarium, quod fuerat super caput eius: & infra: Duplex est palla, quæ dicitur corporale: vnâ, quam Diaconus super altare totam extendit, alterâ, quam super calicem plicatam imponit. Nam Romæ pars illa, quam nos (hijuela) vocamus, fieri consuevit ex parte corporalis plicata, & conueniente composita. Vnde ad vtrumque corporale applicat Innocent. explicatum præceptum Euseb. in d. c. Consulto. Atque ita vult, etiam partem illam, quæ calici superponitur debere esse lineam, & benedictam ita ergo obseruandum est, saltem quoad interiorem partem, quæ calicem tangit: exterior enim serica esse potest, vel auro elaborata.

Tertio requiritur ad sacrificium, vt in altari sit lignum, seu lucerna aliqua ardens, sine qua Missam dicere, omnes docent esse peccatum mortale. Paludam Durandus, Soto, & alij distinctione 13. Syluester, Nauarrus, & alij locis citatis, qui afferunt caput vltimum de celebratione Missarum, ubi inter excelsus graues cuiusdam presbyteri ponitur, quod sine igne sacrificabat: consuetudo etiam Ecclesiæ hoc præceptum sufficienter ostendit, quam esse antiquissimam colligimus ex Concilio Carthagen. IV. Can. 6. ubi de Acolythis, quando Ordinatur, dicitur, vt ab Archidiacono accipiat ceroferrarium cum cereo, vt sciat, & Isidor. lib. 4. Etymologiarum capit. de Clericis, explicat Acolythum solitum esse portare ceretum, quando Euangelium legitur, aut sacrificium offertur. Turonim, ait, accenduntur luminaria ab eis, & deportantur, non ad fugandas tenebras cum Sol eodem tempore rutilet, sed ad signum legitur demonstrandi, vt sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur, de qua in Euangelio legitur: Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Similiter Hieronymus contra Vigilantium dicit, in Ecclesia Catholica solere accendi cereos in meridie: quando Euangelium canitur, & Epistola 20. ad Marcellam, mysticam rationem declarat, vt accen-

Auguſt.

Vt accenſo lumine, ſpenti ſpectetur aduentus. Auguſtinus ſermon. 215. de tempore, fideles hortatur, Vt oblationes, quæ in altari conſecrantur, offerant, & cereolos, aut oleum: ſignificans ſolare accendi, quando ſacrificium offeritur, & ſermon. 155. figuram aſſert, quod in altari à Salomone dedicato iugiter quotidianus ignis ardebat: & ſignificationem moralem declarat, Vt Chriſtus ignem charitatis accendere, & nutrire in nobis dignetur. Deniq; fuit Eccleſiæ antiquiſſima cõſuetudo accendi luminaria præſertim ad honorem Chriſti Domini, & ad realem præſentiam eius ſignificandam, quia eſt lux vera, & ideo maxime accendi ſolent in templis, vbi corpus Chriſti Domini ſeruatur: ergo maiori ratione accendi debent tempore ſacrificij. De illa vero conſuetudine legi poſſunt multa apud Durandum, libro 1. de ritibus Eccleſiæ c. 8. Ex qua vero materia conſtare debeat huiusmodi lumen, authores non declarant, & in dicto capit. final. de celebrat. Miſſ. ſolum damnatur ille Presbyter, quia ſine igne ſacrificabat. Reſpondetur tamen, Eccleſiæ conſuetudinem eſſe, vt cerea candelæ accenſæ ſint: & hoc eſt ſeruandum: nam licet ex oleo ſoleant etiam in Eccleſia lucernæ accendi, & regulariter huiusmodi ſint, quæ coram diuino ſacramento ardent, dum in ſacrario conſeruantur, & tempore etiam ſacrificij ſoleant etiam huiusmodi luminaria accendi, tamen, quod ſola lucerna ex oleo tempore Miſſæ accenſa ſit, nunquam fieri ſolet: neque exiſtimolice, præſertim ſine neceſſitate: in illa vero, quando candelæ cereæ haberi nõ poſſet, non damnare peccati mortalis eum, qui ſine ſcandalo & cõtempu, ſed ex deuotione cum ſola huiusmodi lucerna Miſſam diceret, quamuis ego non conſulerem: inferior autem materia nullo modo adhibenda eſt, vt ex ſæuo, vel ſimili: eſt enim valde indecens, & ab Eccleſiæ vſu prorsus aliena. De numero autem lucernarum dicendum eſt, vnam in rigore præcepti ſufficere, minus vero decere, vt notauit Iacobus de Graſijs, lib. 2. cap. 42. num. 1. Vnde communiter duæ ſaltem adhibentur, & adhibendæ ſunt, quod ſi plures addantur ad maiorem ornatum & reuerentiam pertinent. Solum cauendum eſt, quod Concilium Tridentinum admonuit ſeſſio. 22. in decreto de obſeruandis in celebratione Miſſæ, ne certus aliquis numerus candelarum ex aliquo ſuperſtitioſo cultu adhibeatur.

Antiquiſſima quædam Eccleſiæ conſuetudo.

Durand.

Conc. Trient.

Sylueſt. Nannar. Antonin. Obſeruat.

In re morali à communi non eſt recedendum à communi ſententia in re mo-

rali, quam confirmat Eccleſiæ vſus. Ratio vero eſt, quia memoria facile labi poteſt: & ideo non debet præſertim ex Canone, nam, vt infra dicemus, præceptum eſt, illum integre dicendi, quod fortalle non ita eſt, vel ſaltem non ita obligat in alijs orationibus, vel lectionibus, quæ in Miſſa dicuntur: & ideo magis requiritur, vt liber Miſſalis, ſaltem Canonem cõtineat: nec reſert, quod memoriter dici poſſit præſente Miſſali, quia tunc minus eſt periculi: & ſi quid erroris vel perturbacionis contigerit, facile ſuppleri poteſt, aut emendari; quod non ita eſſet, ſi omnino liber nõ haberetur. Deniq; leges attendunt id quod communiter contingit: rariffimum autem eſt, vt aliquis dicere poſſit Miſſam ſine libro: & ideo lex illa ſimpliciter lata cenſetur: quamuis in vno aut altero poſſet minor eſſe neceſſitas: hoc ergo ſimpliciter aſſerendũ videtur. An vero in aliquo caſu, vbi liber de eſt, & Sacerdos eſſet ita inſtructus, & de ſua memoria confidenter, vt moraliter non dubitaret, poſſe ſe omnia integre dicere ſine libro: an, inquam, in eo caſu eſſet peccatum id facere, aliorum iudicio relinquo: nam ego propter multorum authoritatem licentiam dare non audeo: & aliunde ſufficienter rationem peccati non inuenio.

ſententia nõ eſt recedendum à communi ſententia in re morali.

Necceſſariũ eſt ut altare eruce ſaltem ſit ornatum.

Cruce vſus antiquiſſimus.

Cõ. Auar.

Burch. lib. 2. c. 6. Vnde eſt illud Ambroſij ſermon. 56. Sine cruce Iu. Eccleſiæ ſtare non poteſt.

Innoc. III.

Palud.

Caietan.

Sylueſt. verb.

Quinto addere poſſumus, neceſſarium eſſe, vt altare cruce ſaltem ornatum ſit, de quo authores nihil dicunt, neque antiquum decretum. Solum in regulis Miſſalis, & in caremonijs, & ritibus Miſſæ, vel præcipitur, vel ſupponitur, crucem eſſe in altari: & ita ſeruant cõmuniter omnes timorati, & ſui muneris ſtudioſi Sacerdotes: non exiſtimo autem hanc eſſe obligationem peccati mortalis, ne multiplicemus præcepta, quæ non fatiſ conſtant: & quia res non videtur adeo grauis, ſecluo contemptu: videtur ergo ita obligare, ſicut alia caremonia, vel ritus Miſſæ. Offerebat autem ſe hic caſus defendendi hanc caremoniam, & crucis venerationem ab impugnationibus hæreticorum: ſed quia, quantum inſtitutum ſcholæſticum poſtulat, hoc fatiſ egimus in primo tomo huius tertie partis, ideo ab ea diſputatione nunc ſuperſedendum eſt: addendo ſolum huiusmodi crucis vſum adeo eſſe antiquum in Eccleſia, vt in Conc. Areliaenſi vtitum ſit, Eccleſiam ædificari, in qua Episcopopus nõ prius crucem figat, vt haberetur in c. Nemo, de Conſ. d. 1. & apud Burch. libr. 3. c. 6. & Iuonem, lib. 2. c. 6. Vnde eſt illud Ambroſij ſermon. 56. Sine cruce Iu. Eccleſiæ ſtare non poteſt.

Vltima pars conſuſionis, nimirum, præter hæc, quæ dicta ſunt, nullum alium templi ornatum eſſe ad ſacrificandum neceſſarium, non aliter probatur, niſi quia nullum Eccleſiaſticum ius, aut conſuetudo illum præſcribit: neq; etiam ex ſola rei natura oſtendi poteſt, vt per ſe manifeſtum eſt. Loquor autem de proprio, & (vt ita dicam) poſitio ornatu: nam debita templa, altaris, & ornamentorum eius munditia, quæ ad decentiam & reuerentiam neceſſaria eſt ex natura rei, non eſt dubium, quin cadere poſſit ſub præcepto: nam ſi nimia eſſet immunditia, reuera poſſet eſſe peccatum. Vnde Innoc. III. in cap. 2. de Cuſtodia Eccleſiæ, vel altaris, præcipit, vt oratoria, vaſa, corporalia, & veſtimenta ſacra, munda & nitida conſeruentur, & grauius reprehendit clericos, qui Eccleſias dimittunt inculatas: aut qui in eis admittunt ſupellectilia profana, ſine vrgente neceſſitate: erit ergo non nullum peccatum, non ſeruare debitam munditiam in huiusmodi rebus, præſertim ad ſacrificium eis vtrando: tum quia eſt contra præceptum Eccleſiaſticum, vt notat Palud. diſt. 13. quæſt. 2. art. 6. conſul. 3. tum etiam, quia eſt contra ius naturale, quod res ſacræ indecenter tractentur, vt addit Caietan. in Sum. verbo, Miſſæ celebratio: vbi dicit, eſſe hoc crimen intolerabile: ſignificans eſſe peccatum mortale ex ſuo genere: quod etiã ſentit Sylueſt.

Vtrum hoc sacrificium debeat in vasis sacris offerri.

Dico primo, hoc sacrificium offerri non posse. ne calice & patena ad hoc sacrum ministerium deputatis. Ita habetur in cap. Vasa, de Consecr. dist. 2. Concilio Triburienf. cap. 18. Et quidem vltus calicis necessarius fuit, quia vinum non poterat, nisi in aliquo vase simili consecrari, vt notauit Paschal. lib. de Paschal. corp. & sanguin. Domini, cap. 20. Vnde & Christus Dominus calice ad hoc sacrificium offerendum vltus est. Vnde Optat⁹, lib. 6. calices vocat (Christi sanguinis portatores) de quorum veneratione legi possunt Clemens epist. 2. & Hieron. epist. 29. ad Marcellam; Clemen. & Aug. lib. 3. contra Crescon. c. 29. & Greg. lib. Dia. Hom. log. c. 7. & Germa. in Theoria rerum Ecclesiast. Pa. August. tena autem, quæ ad recipiendum Christi corpus de. Germa. feruit, non erit ita necessaria simpliciter ad hoc ministerium, sacrificandi vel conueniendi hoc sacramentum: poterat enim & manibus teneri, & super corporale immediate collocari: Ecclesia tamen ab initio vsa est patenis in hoc ministerio, vt constat ex vitis Pontificum, Syluestri, Damasi, & ex antiquis decretis, quæ statim citabimus, imo hunc vltum miraculo confirmatum esse, refert Gregor. Turonens. in lib. Greg. Tarn Martyr. c. 85. Fundatus autem est hic vsus fortasse in Christi exemplo: creditur enim in catino, seu patena panem consecrasse, suisque discipulis dedisse: nam, licet hoc Euangelista non refertat, tamen per se est verisimile: quia, vt Ioannes refert, in mensa illa erat catinum, & id erat commodius: saltem nemica panis consecrati è manibus super mensam laberentur. Et hæc etiam ratio mouit Ecclesiam ad patenæ vsum, super quam hostia consecrata ponitur, quando fit fractio: vt, si quæ particulæ decidant, in illa recipiantur, & facilius inueniri possint, vt consulantur. Accedit etiam ratio mystica: nam calix significare dicitur sepulchrum Domini, patena vero lapidem sepulchro superpositum: vtrumque ergo est ex præcepto necessarium ad hoc sacrificium conueniendum.

Dico secundo, tam calicem, quam patenam, debere esse ex debita materia confecta, & consecrata. Materia horum vasorum olim fuit lignea: postea vero Zephir. Papa, vti cœpit vasis vitreis, postea vero V. Zeph. Papa banus ea fecit argentea, vt refertur in capit. Vasa de Pisan. Conc. dist. 1. ex Concl. Triburienf. cap. 18. vbi solum prohibentur Sacerdotes, ne in ligneis vasculis vltimo modo conficere præsumant. In Concilio autè Rhem. Conc. 12. vt ibidem refertur, capit. Vt calix: præceptum fuit, vt calix Domini cum patena, si non ex auro, omnino ex argento fiat. Additur vero, Si quis autem tã pauper est, saltem vel stanneum calicem habeat. Vnde videtur, hoc non permitti sine aliqua causa, vel ratione paupertatis: tamen simpliciter potest ex hac materia fieri absq; peccato, vt hic Diuus Thomas ad sextum significat: & ibidem prohibentur alia materia: scilicet as, & aurichalcum: quia vini virtute eruguntur recipiunt, & ad vomitum prouocant: vitrum, quia fragile est: lignum vero, quia est porolum: in qua prohibitione solum fit mentio calicis, tamen ad patenam etiam extenditur: nam per modum viniis comprehenduntur sub nomine viniis partis: maxime, quia hæc prohibitio sub priori præcepto affirmatiuo comprehensa erat, & ita ibi intelligitur prohibita omnis alia materia, tam in calice, quam in patena; quamuis ibi speciatim nominata non sit, vt de lapidea hic docet D. Thomas, & est eadem ratio de ferrea, & similibus: quamuis de plumbea posita aliquis dubitare: nam aliquibus in locis videtur esse vltus calicis plumbei: fortasse, quia existimatum est, plumbum eiusdem esse rationis cum stanno. Ecce existimauit Astenf. in Summa. Contrarium vero refert Syluest. cum alijs verbis, Calix. Quod censetur venetius: quia reuera plumbum non est stannum: & eadem incom-

verb. Missa. 1. quæst. 2. dicens, esse peccatum mortale, quando vestimenta sunt enormiter immunda: quod maxime videtur verum de corporalibus, quæ proxime corpus Domini attingunt: communiter tamen, quando immunditia non est nimis enormis, & non fit cum scandalo, neq; ex contemptu, sed ex necessitate, non erit peccatum mortale, sed, ad summum, veniale.

2. Concluf. Dico secundo, quamuis maior templorum ornatus simpliciter necessarius non sit, illum tamen adhibere cum debita decencia malum non est, sed potius, per se loquendo, ad pietatem spectat. Hanc conclusionem pono contra huius temporis hæreticos, qui ornatum templorum, eorumq; magnificentiam & amplitudinem damnant, & vt superstitiosam, rejiciunt: contra quos disputat late Bellarm. lib. 3. de Cultu Sanctorum, c. 6. & nonnulla congerit Durand. lib. 1. de Ritibus Ecclesiast. c. 4. Nobis vero sufficit ipsius Dei exempli, qui veteris tabernaculi, & templi amplitudinem, eiusq; ingentem ornatum, ac diuitias probauit. Nu. 7. 3. Reg. 8. nam, vt ait Felix I V. epist. 1.

(Si Iudæi, qui vmbra legis deseruiebât, hoc faciebât, multo magis quibus veritas perfecta est, & gratia, & veritas per Iesum Christum data est; templa Domini ædificare, & prout melius possumus ornare, eaq; diuinis precibus & sanctis vnctionib⁹ cum suis altaribus & vasis, vestib. quoq; & reliquis ad diuinum cultum expendendum vtilibus. deuote & solemniter facrare debemus.) Atq; hæc fuit cõsuetudo Ecclesiæ ab eo tempore, quo Principes catholici pij in ea esse ceperunt, id est, à temporibus Constantini, vt constat ex eius edicto: & ex Damaso in vita Syluestri. & Eusebij, in vita Constantini: idemq; fecerunt sanctissimi Pontifices, Syluester, Damaso, & alij, & Leo I. serm. 3.

Quadragesimæ restatur suo tempore Christianos solitos fuisse diebus festis maiori cultu templa ornare. Idemq; docent omnes Patres antiqui, quos prædicti authores citant. Ratio etiam est euidentis: nam cū hæc templa, & altaria Deo ipsi dicentur: ad religionem & pietatem spectat, vt honorifice tractentur: pertinet etiam hoc ad reuerentiam sacrificij, & cæterorū sacramentorum: excitat etiam animos fidelium ad deuotionem, & præsertim adiuuat simplices, vt de rebus sacris aliquid excellens & reuerentia dignū concipiant: & ex se nulla est in tali actu inordinatio; nullaue superstitio: quia totum fit ad reuerentiam conciliandam Deo, & reb⁹ sacris. Dico autem (ex se) quia ex circumstantijs extrinsecis potest interdum huiusmodi opus, aut vitium, aut certe minus expedire: meliusq; esse, in alia pietatis opera huiusmodi superius expendere, vt, verbi gratia, si vrgeat necessitas subueniendi pauperibus: aut si ad ornandum, vel cõstruendum templum aliena surripiantur; vel, si vltra loci opportunitatem vel proportionem, templi magnitudo aut ornatus augeatur, vel deniq; si rebus indecentibus, vel minus aptis templum ornatur. Sed hæc per accidens sunt, his enim modis cuiuslibet virtutis externis actus vitari potest. Et iuxta hæc facile explicantur nonnulla Patrum dicta, quibus hæretici abutuntur, in quibus videntur huiusmodi templorum ornatum, vel reprehendere, vel despiciere, tamen reuera non ita est: sed loquuntur de tempore, quo vrget necessitas subueniendi pauperibus: & hæc cura negligitur, propter ornamenta templorum non adeo necessaria, vt videlicet 12. q. 2. c. Aurum, & cap. Gloria, ex Ambros. 2. Offi. c. 29. & Hieron. epist. 2. ad Nepotian. & ex eodem Hieronym. epist. 8. ad Demetriadem 12. ad Gaud. & Augustin. serm. 32. ad fratres in eremo. Iudoro Peleusita, epist. 174. & alijs, quod Bellarm. late exponit citato loco. Hic vero dubitandum occurrebat, an possint templa imaginibus, figuris, & reliquijs Sanctorum ornari: sed de his disputauimus satis in primo tomo, ad quæstion. 25. Diui Thomæ.

Ambros. Hieron. August. Isid. us. Bellarm.

Handwritten notes on the left page, including 'S. V. S. V. S. V.' and 'D. W. S. V.' in various orientations.

incommoda, quæ aurichalcum habere videtur, est ergo præceptum, vt hæc vasa sint argentea, aut aurea, stannæa, & frequentius obseruatur, quod sint argentea, & ita semper curandum est: nã stannæa non sunt tam decentia, aurea vero rariora & difficiliora sunt, quamuis et sint in Ecclesia antiquissima, vt constat ex vita & donationibus Constantinianis, & ex gestis Syluestri, Damasi, & aliorum Pontificum: & ex citato loco Augustini, libro 3. contr. Cresc. c. 29. & in Psalm. 113. Sed & nos (inquit) pleraq; instrumenta & vasa ex auro & argento habem⁹ in vsu celebradum sacramentorum, quæ ipso ministerio consecrata, sancta dicuntur. Et ex Optato Mileuitano, lib. 6. vbi cõqueritur, Donatistas eripuisse Ecclesiæ pretiosa vasa sacramentorum. Ac deniq; ex Theophil. in c. 14. Marci, vbi exponens verba illa, Pauperes semper habebitis vobiscum, pie satis scribit, Audis, quomodo Christ⁹ præfert sui curam pauperibus: Christi autem corpus propriè, quod in disco aureo, & sanguis, qui in poculo: qui igitur abstulerit discum pretiosum, & cogit, vt corpus Christi in viliori ponatur, præterens scilicet pauperes, intelligat cuius partis sit. Solum quæri potest, an oporteat, totum calicem esse argenteum, aut stanneum, vel sufficiat, superiorem cuppam esse argenteam, verbi gratia, quâuis sit ex aurichalco, vel ex alia materia ex prohibitis ad conficiendum calicem. Circa hoc nihil inuenio ab authoribus scriptum, scio autem in vsu alicubi reperiri calices, in quibus sola cuppa est legitima materia: & probabile est, hoc sufficere: tum quia rationes illius decreti supra allegati non aliud requirunt: tum, quia illa solum pars est, quæ proxime deseruit ad vsu sacramenti: tum deniq; quia probabile est, solam cuppâ calicis essentialiter requiri ad consecrationem eius, vt statim dicam. Nihilominus consulendum est, vt totus integer calix, fiat ex prædictis materijs. De forma autè physica seu figura horum vasorum nihil etiam reperio scriptum, & ideo solum dicendum est, seruandam esse Ecclesiæ consuetudinem, iuxta quam patena solet esse orbicularis: & olim videtur fuisse maioris magnitudinis, & ponderis triginta librarum, vt constat ex Damaso, in vitis Pontificum: quamuis fortasse illa patenæ non haberent eundem vsu, quem nunc habent, vix enim fieri potuisset: nunc ergo patenæ, quæ sunt in vsu, minores sunt: neque eam magnitudinem excedere debent, quæ ad vsu Missæ, & ceremoniarum eius sufficiat. Figura autem circularis esse non est simpliciter necessaria, quia, etiam si esset, verbi gratia, quadrata patena, posset esse satis apta ad vsu sacrificij: nihilominus tamen omnino seruanda est Ecclesiæ consuetudo. Atq; idem dicendum est de figura calicis, in quo solet esse nonnulla maior varietas, quæ accidentalis est: nam in ea figura, quæ ad hunc vsu, prout in Ecclesia fit, & ad ceremonias eius, omnes habent eandem proportionem, & in hoc seruanda est indentitas talis figuræ, solent autem calices picturis & imaginibus ornari, quod antiquissimum est in Ecclesia, vt colligitur ex Tertullian. libr. de pudicit. & ex alijs, prout attigimus in dicto loco de adoratione, in primo tomo.

August.

Optat.

Theoph.

Augustin.

Responsio

Damasus.

Qualis est debet figura patenæ & calicis.

Tertull.

Forma spiritalis vasorum vsu consecratio.

laicis, quia nimirum cõsecrata sunt: vt habetur cap. In sancta, de Consec. d. 1. & in c. Sacratas, & cap. Non liceat, c. Non oportet, d. 23. & ideo in c. vlt. de Celebr. Missarum deponitur Sacerdos, qui sine sacro calice consecrauerit. A quo autem possit hæc consecratio fieri, tractant Syluest. & alij Summistæ, verb. calix, & verbo, Benedictio. Certum vero est, à solo Episcopo posse fieri, & non committi alteri, etiam ex priuilegio: nam, licet benedictiones simplices committi soleant; non tamen illæ, quæ sunt cum vnctione chrisimatis: quæ, sicut sanctiores esse censentur, ita etiam sunt magis propriæ Episcoporum: huiusmodi autem est hæc calicis, & patenæ consecratio: eadem, vel maiori ratione, qua consecratio altaris. Solum reperio priuilegiū Pauli III. in quo id concedit Presbyteris Societatis, in locis remotissimis, sicut supra dictum est de Consecratione altaris. Vnde, quæ diximus de cõsecratione altaris, hic applicari possunt, præsertim, quod hæc consecratio durat, quâdiu hæc vasa integra manent: amittitur vero, si notabiliter diuidantur, seu frangantur: ita vt eam formam & quantitatem amittant, quæ ad conuenientem eorū vsu necessaria est. Solet vero specialiter inquiri, quando hæc vasa sunt deaurata, & vsu aurum tollitur, iterumque deaurantur, & an consecrationem amittant, iterumque consecranda sint? Respondetur, si interior pars calicis, & illa superficies patenæ, in qua corpus Domini collocatur, deuo deaurantur, iterum esse vasa consecranda: tum quia hæc consecratio præcipue fit, propter contactum corporis, & sanguinis Domini: sed id, in quo proxime fit contactus, non est consecratum: ergo consecrandum est: tum etiam, quia licet sensus non discernat aurum ab argento, tamen reuera per illam deaurationem fit, veluti quoddam vasculum aureum subtilissimum intra aliud argenteum, in quo proxime effunditur sanguis Domini. Et idem est probabiliter in patena: ergo oportet, vt consecrentur. Dices, ergo quando deauratio amittitur, per hoc solum amittitur cõsecratio: quod tamen est falsum, & contra vsu. Respondetur, negando consequentiam, quando materia illa, quæ manet, est capax consecrationis, vt est argentea vel stannæa: quia totus calix deauratus per modum vnus consecratur: & ideo, quamuis aurum amittatur, argenteus calix consecratus manet: sicut, quando calix est pure argenteus, etiam si contingat, illam exteriorem superficiem paulatim vsu consumi, semper tamen calix manet consecratus, quia licet inunctio vel consecratio versetur circa superficiem, tamen simpliciter totum consecratur: quando vero postea noua deauratio super additur, requiritur noua consecratio: quia id quod additur, nullo modo consecratum erat. Nec dici potest, manere consecratum ex sola adiunctione ad aliud, sicut supra dicebamus de minima parte adiecta Ecclesiæ consecrata, vel, sicut dicitur de parte communis aquæ addita magnæ quantitati aquæ benedictæ: quia consecratum, quando principalius est, trahit ad se non consecratum: hoc (inquam) hic dici non potest: nam licet in dicto casu pars argentea videatur principalior, quoad magnitudinem materiæ, tamè, quoad vsu, id, quod per deaurationem additur, principalius est, non solum, quia est nobilior materia, sed maxime, quia in ea fit contactus corporis & sanguinis Domini: & quia est veluti forma respectu alterius.

Syluest.

Priuilegium Pauli III. Presbyteris Societatis in locis remotissimis concessum.

Quæstio.

Responsio.

Obiectio.

Syluest.

Alij quæstio

Palud.

Rursus inquiri potest specialiter circa calicem, an amittat cõsecrationem suam per separationem cuppæ à pede calicis: nam aliqui auctores absolute affirmant, vt Paludanus distinction. 13. quæstion. 2. art. 5. conclus. 2. quod probat: tum à simili, quia altare, si remoueat à fundamento, vel separetur à tabula, amittit consecrationem: tum etiam, quia nec pes sine scypho, nec scyphus sine pede, consecrari potest, quia

Innocent.

ni, iuxta ea, quae tradit Innocent. in cap. 1. de Custodia Eucharistiae; potest autem intra huiusmodi pyxidem poni corpus Christi in alio vasculo ex linteo aliquo confecto, quod maxime fieri deceret, quando pyxis non esset argentea: & tunc omnino obseruandum videtur, vt illud internum vasculum sit ex materia lineae, non ex alio panno, aut serico: est enim hoc magis consentaneum vsui, & decreuit ecclesie: & ideo omnino est seruandum, quoad consecrationem vero seu benedictionem optimum erit consilium, vt ea adhibeatur, quae in Pontificali continetur.

Vltimo loco hic desiderari potest, vt de aliis vasis, quae altari deferuntur, aliquid dicamus, vt sunt scyphi, ampullae, phylax, & alia huiusmodi. Sed de his nihil specialiter occurrit dicendum, quod ad moralem doctrinam pertineat, videri autem possunt ex antiquis, Damascus in Pontificali: ex modernis vero Onophyrius, in lib. de praecipuis vrbs Romae Basilicis, & in lib. de interpretatione vocum Ecclesiasticarum, & Durand. dict. lib. 1. de ritibus Eccles. per varia capita.

SECTIO VIII.

Qui cultus aut veneratio praedictis locis seu vasis sacris debeat.

Hec quaestio ferè à nobis est explicata in his, quae de veneratione imaginum & reliquiarum, in primo tomo huius tertie partis diximus, quae iterum breuiter attigimus supra de adoratione sacramenti Eucharistiae disputantes: hic vero cogimur nonnulla dicere, tum vt ea, quae sunt huius loci propria, & quae magna ex parte iure positivo sunt interducta, & ad moralem vsum harum rerum pertinet, declaramus; tum etiam, vt doctrinam ibi datam circa huiusmodi rerum adorationem amplius confirmemus, & nonnullas obiectiones denique obortas clarius expediamus. Haeretici ergo multis titulis & nominibus negant, huiusmodi res venerandas esse aliquo cultu religioso. Primum, quia in vniuersum negant, creaturam aliquam posse pie ac religiose adorari, quia in hoc derogatur cultui soli Deo debito. Secundò, quia multo magis negant, res inanimatas esse adorandas, quia sunt incapaces honoris, & seruitutis, quia neque intelligunt, neque excellentiam, aut Dominium habere possunt: adoratio vero est quidam honor & genus quoddam seruitutis, quae exhibetur rei, quae adoratur. Tertio specialiter, quia negant veritatem sacrificij Eucharistiae: vnde consequenter aiunt, haec omnia, quae ad illius ministerium ordinantur, non religionem continere, sed superstitionem; vnde necessario fit, non posse, nisi superstitione coli. Alia eorum fundamenta & Patrum testimonia, quibus abutuntur, omitto, quia praedictis locis satis tractata sunt; Catholici vero nonnulli, licet ab haereticis simpliciter differant, quia absolute concedunt, has res esse venerandas seu adorandas, ita tamè hoc explicant, vt verbis potius quam re, id confiteri videantur. Dicunt enim externam actionem adorationis circa huiusmodi res sacras versari debere: pie namq; calicem vel patenam, aut altare deosculamur, & coram templo caput aperimus, intentionem tamen interiorè honoris & cultus nullo modo debere ordinari ad huiusmodi res, sed ad solum Deum, propter quem praedictos actus externos circa huiusmodi res exercemus. Fundamentum eorum est secundo loco tactum, quia non potest rationabiliter intentio cultus referri ad huiusmodi res inanimatas, cum honorem sibi exhibitum non percipiant, & ideo in septima Synodo, act. 6. tomo 4. circa finem dicitur, huiusmodi res non esse adorandas in spiritu & veritate, quia nimirum interior intentio, quae spiritalis est, & à qua sumitur veritas & substantia cultus non est ad alia referenda. Ex quo inferunt, huiusmodi res non esse adorabiles (si actum in-

Fr. Suarez Tom. 3.

teriores respiciamus) nisi medio actu perfectae latriae, quae Deus ipse propter se adoratur, quia tota actio exterioris adorationis, quae circa huiusmodi res exercetur, oritur ex sola intentione adorandi Deum in talire propter summam eius excellentiam. haec autem est absoluta & perfecta latria secundum se sumpta, quamuis, prout versatur circa huiusmodi res sacras, deficiat à perfectione latriae, quia intentio cultus non refertur ad illas, & hoc modo conciliant duo dicta septimae Synodi, scilicet, quod haec res adorantur eadem adoratione, qua Deus, & tamen non adorantur perfecta latria, neq; spiritu & veritate. Vt rem hanc distinctius explicemus, duplicem externam venerationem harum rerum declarare oportet, & de his eis sigillatim dicere. Alteram vocare possumus negatiuam, quia in negatione consistit, & circa eam versantur praecipua quaedam negatiua, quibus actiones iniuriosas, vel minus decentes circa huiusmodi res facere prohibemur. Altera est positua, quae consistit in aliqua positua actione, quam iubemur, vel consuevimus facere in harum rerum venerationem.

Circa priorem partem dicendum est primo, iure ipso naturali prohiberi nos facere quicquid in iniuriam, vel irreuerentiam harum rerum cedere potest, quod pertinet ad quendam earum honorem, & acuerentiam. Haec conclusio est certissima, quam nullus, quantumuis infidelis negare potest, si semel admittat veritatem ac sanctitatem mysterij ac sacrificij Eucharistiae: nam inde necessario sequitur, has res, quae proxime ad eius ministerium ordinantur, debere ita sanctè tractari, vt saltem nihil iniuriosum ac indecens circa eas fiat. Deinde explicatur inductione & exemplis: nam primo hac ratione templa vel altaria euertere, vel contumelias afficere, intrinsece malum est. Vnde merito conquerebatur Elias, 3. Reg. 19. Domine, altaria tua destruxerunt: non quia actio proprio & positua iure illius legis esset prohibita, sed quia eo ipso, quod altare erectum erat in cultum legitimum veri Dei, per se malum est, contemnere, atq; destruere: at vero altare nostrum non minus est erectum in legitimum cultum veri Dei, quam illud. Imò in altiore & excellentiore cultum. Vnde Optatus Mileuitan. li. 6. contra Parmen. Quid est (inqt) tam sacrilegum, quam altaria Dei, in quibus & vos aliquando obtulistis, frangere, tradere, remouere? & in Conc. Aquisgranens. III. sub Pipino, c. 17. ita sumitur à contrario argumentum; Si Abraham pro eo, quod Dei altaria erexit, cultumq; eius venerat, tota à Deo praerogatiua donatur, dubium non est, quin altarium sanctorum euersores, & sacrarum rerum, quibus in eisdem altaribus famuladum est Deo, subreptores damnentur: & c. 25. Si Moyses ob gratiarum actionem & populi liberationem hostiumq; suorum intercessionem Domino altare erexit, cauendum illis est, quia altaria Domini obruendo dehonoraunt, & dehonorando obruunt, ne quando se aduersus hostes suos propiunt, se ipsos eisdem triumphum exhibeant. & infra de eisdem dicit: Aduentu & benedictione Dei se indignos vsquequaque fore. Simili modo conqueritur Deus per Ezechielem c. 23. de his, qui templum violant. Hoc fecerunt mihi, polluerunt sanctuarium meum in die illa. Et infra. Cum ingrederentur sanctuarium meum in die illa, vt polluerent illud etiam fecerunt in medio domus meae, & c. Hinc templorum euersores & contemptores grauissimè à Deo punitos legitur in Ecclesiasticis historiis. Theod. l. 3. c. 12. & 13. & Cassiod. li. 6. Tripartita, c. 32. referunt: Iulianum Praefectum ad sacra mensam misisse Iotium, & furiosè audaciae poenas persoluisse: nam statim graui morbo correptus putrescentibus intestinis interijt. Niceph. etiam lib. 10. c. 29. eiusdem diuinae animaduersionis aliam causam refert, non dissimilem, dicens. Causa morbi erat, qd sacris vasis, quae tertè illi ferat pro sedili vsus fuerat: & eiusdè diuinae vltionis meminit Chrylost. hom. 4. in Matth. dicens: Chrystom.

Externam venerationem harum rerum declarare oportet, & de his eis sigillatim dicere.

Elias, 2. Regum. 10.

Optatum.

Con. Aquil.

Theod.

Cassiod.

Niceph.

Chrystom.

Haereticorum obiectiones dissoluuntur.

Synod. VII.



Quaestorem regium, qui iussu Apostatae Iuliani ornamenta & sacra vasa templorum diripiebat, per medium diruptum expirasse, & Iuliani auunculum a verbibus corrosus interiisse.

Matt. 21.

Secundo ex hoc principio reprehenditur a Christo Domino omnis negotiatio in templo. Matt. 21. dicente: Domus mea, domus orationis est, &c. Vbi id non prohibuit, quia esse specialiter vetitum positio iure illius legis, sed ex ipsa naturali ratione, quia id erat contra sanctitatem illius loci. Vnde in sexta Synodo, cano. 79. Trull. sic scribitur: Non oportet intra sanctos ambitus cauponariam officinam, vel, quae fiunt per aromata, species proponere, vel alias venditiones, facere suam venerationem Ecclesiae seruantes; & statim adducit exemplum Christi Domini, & excommunicare iubet aliter facientes. Vnde colligunt Doctores, non esse licitum aliquid vel veniale in Ecclesiis, vel cœmeteriis earum exponere, nisi fortasse in vsum ipsius Ecclesiae. De quo videri potest Anton. 3. part. tit. 1. c. 16. §. 2. Caiet. in Summa, verbo. Immunitas Ecclesiastica, qui dicit, si vna vel altera venditio, quasi per transitum fiat, posse aliquo modo à peccato excusari, si autem fiat permanenter, quia nimirum in eo loco ponitur, quasi officina ad vendendum, non posse excusari à peccato, tamen in cœmeterio videri veniale, quia non videtur notabilis irreuerentia, vnde facili negotio toleratur à Pastoribus Ecclesiae; tamē intra templum esse peccatum mortale, quia est grauis irreuerentia contra diuinum ius, vt significat illa grauisima verba Christi: Vos autem fecistis eam speluncam latronum. Mat. 2. & illa Io. 2. Nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis. Adit vero Caiet. hoc tunc maxime esse peccatum mortale, quando per se, & ex instituto eligitur ille locus sacer ad huiusmodi negotiationem. nam tunc proprie domus Dei fit domus negotiationis. At vero si tantum ex accidente id contingat fieri ad breue tempus, vt verbi gratia, si propter vitandam iniuriam temporis aliquis venditor cum mensa sua intra Ecclesiam se recipiat, vel si is, qui per plateas aliquid vendendo incedit, Ecclesiam ingrediatur, similiter res suas venditioni exponendo: nam in his & similibus casibus ceter excusari à peccato mortali. Quae tota doctrina mihi non displicet; quamquam prudētia opus est ad conseruandas circumstantias, & ponderandum, an irreuerentia, quae hic & nunc fit Ecclesiae, grauis moraliter existimetur, vt verbi gratia, tam indecens esse potest res, quae venditur, vt semel tantū seu per transitum illa in Ecclesia vendere peccatum mortale censeatur, & quendam Ecclesiae contemptum continere; & sic de aliis. Quod autem de venditione dictum est, intelligendum est de aliis actionibus externis ac saecularibus, vt sunt, saecularia iudicia, praesertim in causis temporalibus, & maxime in criminalibus. Item conuentus seu concilia publica saecularia, seditiones & alia huiusmodi, quae licet iure etiam humano prohibeantur variis decretis de immunitate Ecclesiarum, c. 1. cap. Cum Ecclesia. & cap. Decet, eodem tit. in 6. tamen non ideo mala sunt, quia ibi prohibita, sed potius ideo prohibentur: quia mala sunt, & contra reuerentiam loci sacri, vt ibidem significatur. De qua re legi potest etiam Nauar. lib. de oratione. c. 5. Hinc etiam conuiuia seu agape in Ecclesia prohibentur à Paulo, 1. ad Cor. 11. quod postea multa Ecclesiastica decreta confirmarunt, 6. Synod. cano. 74. Concilium Altiisiodorense, c. 2. Africanum, c. 27. Carthag. c. 45. Laodicens. c. 28. Aquisgran. l. c. 59. & 80. ca. Nullus, c. Non oportet, dist. 42. quod intelligendum est, nisi ex necessitate aliqua id fiat, vel ob piam causam cum debitis & honestis circumstantiis. Vnde fit, idem à fortiori dicens, esse de aliis actionibus humanis, quae locum sacrum minus decent, vt sunt hospitari ibi, dormire, &c. quo modo in sexta Synodo, cano. 74. prohibetur, Accubitus in Ecclesia sternere;

VI Synod.

Antonin. Caietan.

Matt. 2. Caietan.

1. ad Cor. 11 VI Synod. Cont. Alti. African. Carthag. Laodicen. Aquisg

& c. 88. Ne quis intra eadem sacram quoduis iumentū introducat: de quib. pro qualitate materiae iudicandum est, quando loco sacro irreuerentia irrogetur. Omitto actiones alias, quae per se prauae sunt & inhonestae, multoque magis sanctitati illius loci sunt contrariae; vt sunt oriofae & diuturnae cōfulationes, nedum inhonestae, furta, & aliae iniuriosae actiones, de quibus grauius loquitur Concil. Tridentin. sessione 22. capite, de obseruandis in celebratione Missae, & Concil. Colonien. tit. de Metropolitan. cap. 25. & prius multis Ecclesiasticis decretis id cautum fuerat, vt patet etiam ex citatis, & ex cap. Cantantes, distinct. 92. cap. Nullus, de consecratione d. 5. & cap. Cum decorum de vita & honestate cler. De qua re legi potest Chrysof. homil. speciali, de non contemnenda Ecclesia, & homil. 39. in 1. ad Corinth. & homil. 74. in Matth. in imperfecto. Quod autem dictum est de Ecclesia, vel altari, applicari facile potest ad vasa sacra, & res similes, quae contingere, aut ad profanos vsus conuertere per se, & naturalia malum est.

Dico secundo, speciali iure positio & Ecclesiastico, quaedam esse prohibita fieri circa huiusmodi res sacras, ob reuerentiam earum, quae si fiunt, sacrilegium erit, saltem contra ius posituum. Probatur ac declaratur variis exemplis: nam primo huc spectat immunitas Ecclesiarum quoad hoc; vt, qui ad illas confugiunt, per vim extrahi non possint, vt statuit 17. quaest. 4. per multa capita, cap. Definunt, cap. Id constitutum, cap. Si quis contumax, cap. Reum. Item, cap. inter alia, extra, de Immunit. Eccles. Cap. autem vltimo eiusdem tituli declaratur, hoc privilegio non gaudere, qui spe talis immunitatis in Ecclesia delinquant: & in cap. Ecclesiae, eodem titulo declaratur, hac immunitate gaudere omnes Ecclesias, in quibus diuina mysteria celebrantur, etiam si consecratae non sint: quod intelligi, etiam si non sint benedictae, dummodo auctoritate Episcopi ad hoc finem destinatae; nam verba textus generalia sunt, & similiter ratio, quae illis verbis continetur: Quia diuinis obsequiis dedicata, nullis est temerariis ausibus profananda. De hac autem immunitate plura disputare non tam nostri negotij est, quam iuris peritorum, & fortasse in secunda secundae agentes de virtute religionis, plura dicemus, ne hic prolixiores simus. Interim videri possunt Syluester in Summ. verbo, Immunitas, 1. a principio, & Nauarrus, cap. 25. num. 17. & Couarrub. lib. 2. Variarum, cap. 20. & Remig. de Consp. in tractat. de Immun. Eccles. Solum annotabo breuiter, hoc ius concessum esse Ecclesiis ad imitationem veteris templi ac tabernaculi, vt sumitur ex 21. Exod. & Neph. 3. Reg. cap. 1. & 2. & non esse nouum, sed antiquum in Ecclesia, vt sumitur ex citatis decretis, & ex Niceph. lib. 14. histor. cap. 32. Socrat. libr. 7. cap. 33. & ex 11. Tripart. cap. 4. & insinuat ab Ambrosio, epi. 33. in verbis illis: Nec altaria tenebo, vitam obsecrans. & ad idem videretur alludere Greg. Nazianz. orat. 20. dicens: Ad sacram mensam confugit, &c. Nam quia potissimum conceditur Ecclesiae hoc privilegium, ratione altaris in quo Deo sacrificium offertur, ideo de altari specialiter mentionem facit. Vnde etiam fit, hanc immunitatem maxime conuenire ipsi altari, maiusque sacrilegium esse, si ab ipso altari homo diuellatur & extrahatur, quamquam non solum altare, sed tota Ecclesia, & porticus Ecclesiae & cœmeteria hoc privilegio gaudeant. Secundo in honorem peculiararem altaris, prohibitum fuit olim laicis, non solum foeminis, sed etiam viris altaria ingredi, & quidem de foeminis legimus in Concil. Aquisgranen. cap. 81. Quod non oporteat foeminas ad altare ingredi: quod eisdem verbis statutum fuerat in Concilio Laod. 43. quamuis in can. 19. eiusdem Concilii generalius dicatur: Solis ministris altaris licere ad altare ingredi, & ibidem communicare. Hoc autem ita explicatur in Cou-

Conc. Agath. in Conc. Agath. c. 66. Quod non oporteat ministros sacros in sacrum (quod Graeci Diaconium appellant) ingredi: c. Non oporteat, d. 23. In cap. autem 69. Trullan. Solo excepto Imperatore omnes laici ab ingressu altaris arcantur. Quid autem nomine altaris his locis intelligatur, non est facile ad explicandum, aliqui sacrum explicant, quod Secretarium seu Diaconium videtur appellatum in dict. Con. Agath. quod nunc idem esse videtur, quod (sacellum maius) quod (Sancta sanctorum) appellatur, apud Euseb. lib. 10. Historiar. c. 4. cum dicitur: In templo à Paulino extructo altare, tanquam sancta sanctorum, situm fuisse in medio Sanctuarij, quod cancellis ex ligno fabricatis circumdatum erat, quo eo à multitudine accedi non posset. Et eodem fere modo loquitur German. in Theor. rerum Eccles. dicens. Intra cancellos esse sancta sanctorum solis Sacerdotibus peruia: & eodem modo appellatur in Con. Turon. II. c. 4. & habetur in c. 1. de vita & honestate clericorum. Ibidem vero additur: Ad orandum & communicandum, sicut mos est, pateant sancta sanctorum, videtur explicari priora decreta, sc. prohibitum fuisse laicis ingredi ad sancta sanctorum ad ministrandum, vel etiam ad assistendum diuinis officiis, multoq; magis ad sedendum, & confabulandum. Haec autem decreta, maxima ex parte, in disuetudinem vel profusum abusum abierunt. Vnde non videtur hoc in rigore cadere sub obligationem, neq; in transgressione huius antiquae legis committi aliquod peccatum seculi contemptu & scandalo, quamquam consuetudinem honestam vniuersi usq; Ecclesiae seruare oporteat; curadumq; sit, vt antiquorum canonum termini, quoad fieri possit, custodiantur, vel saltem, vt aliqua ex parte eorum religionem plebs fidelis imitetur.

German.
Conc. Turon.

Exempli. Tertium exemplum fit, quod propter hanc venerationem prohibitum est laicis, & maxime feminis, tangere altaria (scilicet, quoad lapidem consecratum) vasa facta similiter consecrata, & vestimenta seu ornamenta benedicta, praesertim corporalia. Ita praecipitur distinction. 23. per multa capita, praesertim, cap. Sacras, vbi sacra feminae, vel monachae prohibentur tangere sacra vasa, vel sacras pallas. In capite autem. Non oportet, 1. ex Concilio Laodicensi. cap. 21. dicitur, non oportere, etiam Subdiaconos contingere vasa Dominica. In cap. autem, Non oportet, 2. ex Concilio Agathensi, cap. 66. solum hoc prohibetur ministris in sacris, seu non sacris. In cap. autem, Non liceat, 1. ex Concilio Brach. I. cap. 28. dicitur, hoc licere Subdiacono, non tamen cuiuslibet ex lectoribus. In cap. autem, Non liceat, 2. ex Concilio Martini Papae, cap. 41. dicitur, hoc licere Subdiacono, & Acolythis in Secretario, non vero ceteris. Similia multa habentur de consecratione, distinct. 1. praesertim, cap. In sancta: & cap. Vestimenta. ex quibus omnibus licet colligere, non semper fuisse circa hoc idem ius, neq; eandem vbiq; consuetudinem. Vnde neque hoc tempore videntur esse in vsu omnia, quae in antiquis canonibus praescribuntur. Vt ergo explicemus, quid in re tam graui seruandum sit, oportet breuiter per singula discutere. Primum igitur ornamenta omnia altaris, etiam si benedicta sint (& idem est de omnibus vestibus sacris) quae non attingunt immediate corpus Christi, nec christate consecrantur, possunt sine scrupulo tangi à laicis, etiam feminis, quamuis de his oppositum teneat Syluest. verb. Missa, 1. quaest. 2. §. 2. quia ita habet consuetudo, quia iura citata praesertim loquuntur de vasis sacris: Solum in cap. Vestimenta, loquitur Stephanus Papa, generaliter de vestimentis Ecclesiasticis. Quae (inquit) neq; ab aliis debent contingi, aut ferri, nisi à sacris hominibus. Quae verba, aut praecipuum non continent, quia illud verbum (non debent) non videtur in rigore significare obligationem, sed decentiam quandam, aut non intelliguntur de quolibet tactu, sed de illo, qui ordinatur ad profanum & com-

Conc. Laod.
Conc. Agath.
Conc. Brach.
Conc. Martini Papae.

Notatu digna.
Syluest.
Syluest. Pap.

muniem vsum, vt ex antecedentibus, & consequentibus verbis potest non obscure colligi, vel certe si admittamus ibi praecipuum, dicendum est, in disuetudinem abisse quoad hanc partem. Deinde addendum est; tangere calicem consecratum immediate & nudà manu, nonnullum peccatum esse laicis, & idem est dicendum de ara consecrata. Hoc patet ex citatis decretis, & ex vsu, quamquam Soto, dist. 13. quaest. 2. art. 3. ad 3. dicat, secluso contemptu, forte hoc non esse peccatum etiam veniale, vel esse leuissimum. Sed, licet secluso contemptu, recte hoc excusetur à peccato mortali, quia non apparet materia grauis, tamen à peccato veniali, si absque rationabili causa, & morali necessitate fiat, excusari non potest. Et confirmatur, nam Pontifices concedunt privilegia aliquibus religiosis, vt laici eorum possint calices tangere, vt constat ex privilegio Minorum: ergo signum est, hoc per se non licere omnibus. Tertio, quando vasa sacra continent corpus & sanguinem Domini, non possunt licite contingi, nisi à Sacerdote, vel ad summum, à Diacono. Ita notat Paludanus dist. 13. quaest. 1. art. 4. conc. 2. & ita potest exponi dictum cap. Non oportet, 1. & oppositum temere, ac sine causa facere, vix posset à peccato mortali excusari, quia videtur certe res grauis. At vero, quando calix est vacuus, potest à Subdiacono, non solum tangi, sed etiam portari, ministrando: ideo enim haec vasa tangi, quando ordinatur: & ita intelligitur recte dictum cap. Non licet, primum, quod tamen extenditur ad Acolythum in dicto cap. Non licet, 2. quia etiam ille potest aliquo modo contingere calicem in ministerio sacro, vt colligitur etiam ex Syluestro Papae cum Concilio Romano, cap. 9. & habetur in cap. Nullus, 1. distinct. 24. Extra sacrum autem ministerium, quilibet minister sacer, id est, quocunque minori gradu ordinatus, non peccabit, contingendo haec vasa, vt colligitur ex dicto capite, Non oportet, & ex vsu, qui videtur hoc etiam extendere ad Ordinatores tantum in prima tonsura, quamquam nostra Societas privilegium habeat, vt nostri laici possint tangere calices, si modo primam habeant tonsuram, quod est signum, hoc non simpliciter licere omnibus.

Quarto addendum est, idem esse dicendum de corporalibus, quae in hoc, calicibus aequi parantur in omnibus citatis iuribus, recteq; intelliguntur (per sacras pallas) in dicto ca. Sacras. Vnde ad hanc venerationem spectat, quod de modo lauandi corporalia statuitur, in ca. Nemo, 2. de cons. 1. vbi statuitur, vasa in quibus lauantur, debere esse ad hoc tantum munus destinata, deinde, vt à Diacono lauentur, ac denique, vt lotio ipsa foras non mittatur, sed in piscinam sacram: ne forte pulvis Dominici corporis male decedat: quae omnia seruanda sunt, saltem in prima lotione: hoc enim nulla consuetudine abrogatum est, neq; rationabiliter abrogari potest, vt Syluest. ait, ver. Corporalia, quaest. 4. & verbo, Benedictio, q. 7. Quod si in secunda vel tertia lotione hoc idem seruetur, optimum erit. Idemq; intelligendum est de purificatorio: nam licet benedictum non sit, tamen valde propinque attingit sanguinem Domini, & interdum fortasse aliqua reliquia corporis vel sanguinis illi adiunguntur, de aliis vero pallas, aut ornamentis altaris, etiam si benedicta sint, non est similis ratio, & ideo sine scrupulo possunt lauari, etiam à feminis, & prima lotione. De corporalibus, item post primam lotionem, multi probabiliter tenent, posse sine scrupulo secundo lauari vel refici à feminis, praesertim virginibus Deo sacris. Quod tenet Caieta. verb. Mulierum peccata, in fine, quia haec tangere ex causa rationabili non est peccatum: hic autem solum interuenit quidam contactus, & interuenit causa rationabilis, scilicet, vt corporalia mundiora sint & politoria, ergo in hoc nullum est peccatum: nam ad summum, posset esse veniale: hoc autem, interueniente

Q999 2 pra-

prædicta causa facile excusatur. Addit etiam Syluest. verb. Benedictio, q. 7. & verb. Corporalia, q. 1. citans Paludanum, excusari etiam consuetudine. Verum est, interdum hoc concedi ex privilegio monachis laicis, & monialibus, vt constat ex compendio Minorum, tamen hoc interdum fit propter maiorem certitudinem: nihilominus tamen opinio Caiet. est probabilis, & practice seruari potest. Deniq; ex his constat, multo magis prohibitum esse, vt huiusmodi rebus sacris ad communes seu profanos vsus, vt, v. g. si quis vteretur calice in communi mensa, vel palla benedicta, vt communi linteo, aut sacra veste ad profanam representationem, vel ludum: hoc enim multo magis prohibitum est in capitibus citatis, & præfertur contemptum quendam huiusmodi rerum, & ideo vix potest à peccato mortali excusari, vt Soto notat. Ad quod etiam confirmandum valet, c. Quæ semel, 18. quæst. 3. vbi quæ semel monasterio dedicata fuerunt, prohibentur vltra fieri sæcularia habitacula. Et simile quid colligitur ex c. Xenodochiis de religiosis domibus. Imo (quod mirabilis est) in dicto cap. Nemo, 2. de consecrat. dist. 1. prohibetur, ne mortuus obuoluatur palla, quæ fuit in altari, aut quæ data est in mensam Domini, & ita Syluester, verbo, Benedictio, 1. quæst. 7. absolute dicit, non esse mortuos prætextu pietatis sacris vestibus induendos. Et loquitur etiam de Sacerdotibus: nam subdit, quando Sacerdotes, vel Episcopi huiusmodi vestibus sepeliuntur, illas non debere esse benedictas, vel, si sint, & nihilominus ita fiat, consuetudine excusari. Certum tamen est, si de vsu sit sermo, solere Pontifices & Sacerdotes vestib. benedictis indutos sepeliri, eamq; consuetudinem licitam esse, & religioni ac pietati satis consentaneam: nam actus sepeliendi defunctum, actus pietatis seu misericordiae est, & circa personam sacram potest esse actus religionis: ergo vt vestibus sacris ad hunc actum, non est conuertere illas ad vsus profanos, sed ad actum pietatis & religionis: ergo in hoc nihil est indecens, minusve expediens. Item, nam, vt statim dicemus, quando huiusmodi vestes iam sunt attritæ, religiose comburuntur: ergo maiori ratione possunt (vt ita dicam) cum persona sacra sepeliri, & illam simul decenter ornare. Vnde legimus apud Damasum in Pontificali ca. 28. & apud Platinum & alios in Euthychiano, Euthychianum ordinasse, vt Martyres sine dalmatica, seu collobio purpureo non sepelirentur. Neq; existimo hoc esse contra ius commune, vt necessarium sit, consuetudine excusari; nam dictum caput, Nemo: primum exponi potest de palla, quæ de corporale, de qua inferius subditur à solis Diaconis esse lauandam, & de corporali verissimum est, non debere in huiusmodi vsu conuerti, propter reuerentiam debitam sacramento, quod immediate in se recepit, ac tetigit. Secundò potest exponi de laicis defunctis, vt Glossa ibi interpretatur, citans cap. Nullus, 13. quæst. 2. vbi nihil de hac re dicitur, tamen cum verba textus indefinita sint, satis commode hoc modo exponuntur, & ad eas personas accommodantur, quibus conuenienter applicari possunt. Tandem ibi non est sermo de vestibus sacerdotibus, quibus corpora defunctorum Sacerdotum indui solent, sed est sermo de palla seu mappa altaris, de quibus facile concedi potest, non debere in hunc vsu conuerti, vt in eis corpora defunctorum, etiam Sacerdotum, obuoluantur (ita enim textus loquitur) quod proprie significat, vt huiusmodi palli tanquam Syndone quadam ad nuditatem corporis defuncti immediate cooperiendam, quod nõ est in vsu, etiam circa corpora Sacerdotum, nec decet fieri sine magna necessitate, vt per se manifestum est.

Vltimo pertinet ad hoc genus venerationis id, quod antiquis etiam decretis statutum est, vt huiusmodi res sacræ ad profanos vsus seu communes amplius non reuertantur, non solum quamdiu conse-

crationem retinent, de quo iam dictum est, sed etiam postquam illam amiserunt per dissolutionem, vel scissionem aut fractionem. Hoc notatur hic D. Thomas ad 3. Paludan. Soto & alij, dist. 13. Syluester verb. Benedictio, & sumitur ex d. 1. de Consec. vbi in c. Ligna, præcipitur, ne ligna Ecclesie diruta ad aliud opus sumantur, nisi ad aliam Ecclesiam, vel ad profectum in Monasterio Fratrum; non vero in vltim laicorum, sed igni potius esse comburenda, vbi Glossa notat, etiam in conuentu Religiosorum non debere assumi ad fabricam coquina, vel alterius loci similis, sed ad capitulum, seu dormitorium, vel alia similia honesta loca. Rursus in c. Altaris, sic dicitur: Altaris palla, cathedra, candelabrum & velum, si fuerint vetustate cõsumpta, incedio dentur, quia nõ licet ea, quæ in sacratio fuerint, male tractari, cineres quoque eorum in Baptisterium inferantur, & hoc ipsum intelligendum est de vestibus sacerdotibus, & de aliis ornamentis vel rebus sacris, præsertim de benedictis, & quæ immediate attingunt altaris ministerium, vel Ecclesie ornatum. Solum videretur esse dubium de vasis argenteis, nam postquam confracta sunt, vendi possunt, & consequenter materia eorum conuertitur in res communes vsus. Respondetur in primis, non posse vendi, nisi in certis casibus, quos attigit Ambr. 2. of. Alienatio: & alibi latius dicendum est. Deinde cum illi casus semper ex necessitate oriuntur, & ad pietatem pertineant, talis vsus non est à religione alienus, eo vel maxime, quod, vt possint huiusmodi res ad alios communes vsus deferre, debent iterum ferro & igne quodammodo transmutari, & ideo moraliter loquendo, iam videntur esse omnino alia: & ideo nullum est incommodum, quod postea alius vsus deferuiant.

Sed quæres, an à contrario ex his rebus, quæ profanis vsibus deferuiunt, possint res sacræ conici. Aliqui enim existimant, hoc esse prohibitum, & Minores habent privilegium, quo & eis concessit dicitur quartus, vt secura conscientia possint conuere vestes, & pannos profanos in paramenta, & alios Ecclesiasticos vsus: ergo tale privilegium supponit, hoc iure communionem licere. Sed in vniuersum hoc dici non potest: nam constat, spolia domus profana diruta posse sanctissime dedicari ad templum, vel monasterium ædificandum. Item ex veste pretiosa potest fieri casula, vt constat ex priorum vsu. Vnde quotiescunq; res profana mutat figuram in articalem formam, non est dubium, quin hoc possit fieri. Difficultas vero nonnulla esse potest, retenta etiam eadem figura, an possint res profana ad vsus sacros medicari. Sed in hoc etiam dicendum est, si secundum illam figuram aptæ sint ad aliquem vsu sacrum, id posse fieri, per se loquendo, si alioquin non interueniat scandalum, vel specialis aliqua indecentia: quia hoc nullibi est prohibitum, & per priorem vsu non contrahunt aliquam maculam, & si quam videtur moraliter habere quadam extrinseca denominatione, per benedictionem, vel declarationem ad vsu sacrum, purgantur: sic enim constat, communes domos in templa esse conuersas: Marcellus enim Papa, domum Lucinæ consecrauit, Urbanus domum Ceciliæ, nec solum vulgares domos, sed templa idolorum in Ecclesias cõuersa sunt, vt constat de celebri Romana Ecclesia, quæ (Rotunda) dicitur, quæ (Pantheon) prius dicebatur, quam Bonifacius VIII. in honorem omnium Sanctorum consecrauit, & idem constat de aliis innumeris, quæ longum esset, referre. Idem ergo fieri potest in paramentis, & aliis huiusmodi rebus.

Circa posteriorem partem huius sectionis, in primis statuo, similiter & absolute concedendum esse, huiusmodi res sacræ aliqua conuenienti adoratione, & honore prosequendas esse. Ita que quamuis hæc obligatio non semper vigeat, quia est per modum affir-

Opinio Caiet.
probabilis
est.

Syluest.

affirmatiui precepti, tamen non est dubium, quin suum locum habeat, vel semper quoad specificationem, id est, quod si huiusmodi res tractandæ sunt, honorifice tractentur, vel opportunis temporibus, quoad exercitium. Sic autem explicata hæc veritas probatur aperte ex septima Synodo, act. 7. in definitione fidei, quæ est veluti conclusio rerum omnium, quæ in præced. actiombus disputata, & adducta fuerat: definitur autem ibi, sacris imaginibus salutationem & honorariam adorationem adhibendam esse, non secundum fidem nostram veram latram, quæ solum diuinæ naturæ competit. Et deinde hæc honorariam adorationem explicat Concilium, per comparationem ad librum Euangeliorum, luminaria, & alias res sacras. Ad quas (inquit) reuerenter accedim⁹, quemadmodum veteribus pie in consuetudinē hoc adductū est. Sicut ergo ex hoc loco, & ex multis aliis, quæ in to. i. adducta sunt, de fide certum est, imagines absolute & simpliciter adorandas esse, ita idem est omnino certum, de huiusmodi rebus sacris. Quod ex eodem Conc. confirmatur act. 6. to. 5. vbi Epiph. nomine totius Concilii dicit: Quæcumq; Deo offeruntur aut consecrantur, siue diuina fuerit venerandæ crucis figura, siue facer Euangelij codex, siue venerandæ imagines, siue sacra vasa, ea complectimur, & veneramur, vt q̄spem habeam⁹ sanctificationis ab ipsi⁹ reddendæ, & ob id illis adorationem honorificam exhibem⁹. & infra asseruntur optima Græ. Nazianz. Præsepe adora, nam, quæ Deo oblata sunt, eius participatione, & consecretione sancta sunt. Et tandē adducitur illud, Ps. 98. Adorate scabellum pedum ei⁹, quoniam sanctū est: vbi per (scabellum) intelligitur arca Testamenti, iuxta illud 1. Paral. 28. Paraui domū vbi requiesceret arca Domini, & scabellum pedū Dei nostri: & ratio illius metaphora colligitur ex 2. Reg. 6. vbi dicitur, Deus federe in Cherubin super arca: erat n. super arca inter duo Cherubin, propitiatorium tanq̄ sedes Dei, & ideo dicitur arca (scabellum pedum ei⁹) q̄ si, vt alij volūt, per (scabellum) intelligitur templis, etiam sic confirmatur, quod intendimus: nam inter res sacras, de quibus agimus, templa computamus. Vnde Hieron. in ep. 18. ad Marcellam, Venerabantur, (inquit) Iudæi sancta sanctorum, quia ibi erant Cherubin & propitiarium, & arca Testamenti: ergo multo magis nos venerabimur tēpla nostra, in quib⁹ Christus Dominus præfens adest: & eadem ratio est de aliis rebus sacris. Vnde ponderanda etiam est illa ratio (Quoniam sanctum est) quam etiam tetigit Nazianz. dicens, has res fieri sanctas, per coniunctionem ad Deum, seu, quia eius cultui dicatae sunt: qui mod⁹ loquendi est frequens in Scripturis, Exod. 3. Locus in quo stas, terra sancta est: & hoc modo dies festi dicuntur sancti, Exod. 12. & alibi sæpe, & vestes sacerdotales vocantur sanctæ, Exod. 28. Sic igitur hæc res, de quib. agimus, sanctæ sunt: si ergo scabellum pedum Domini adorandum dicitur (Quoniam sanctum est) eadem ratione omnes istæ res sanctæ adorandæ erunt. Hinc Chryl. hom. 20. in 2. epist. ad Cor. hortatur fideles, vt honorem debitum præstet altari, quod corpus Christi recipit, & Ambr. ep. 14. dicit, fideles solitos esse osculari altaria venerationis causa, sicut solemus reliquias, vel imagines osculari, quod etiam inter sacrificandum solemus osculari, vt notat Amal. li. 3. de Eccl. offic. c. 4. propter quod altare (reuerenti) appellatur ab Euseb. Emif. hom. 4. de Pascha, (Sanctum) à Paulino ep. 11. ad Seuerum, (Sacrosanctum) ab Ambros. li. de iis, qui inicianur, c. 28. (Diuinum) à Dionysio. c. 3. de Eccl. Hierarch. & à Conc. Tolet. XII. c. 5. denique vocatur, sedes corporis & sanguinis Christi, ab Optato Mileuitan. li. 6. contra Parmen. vbi immane sacrificium Donatistarum deplorat, quod altare Dei radere, frangere, & remouere ausi fuerant. Vnde eleganter Greg. Niss. orat. de sancto Baptismate: Mensa (inquit) sanctum altare in maculatū est, quod non amplius ab omnib. sed à solis Sacerdotibus, iisq; venerā-

ribus consecretatur. Similia fere de templis habet Chryl. hom. 30. nu. 2. ad Cor. Nonne videtis, quod vestibula templi huius exosculantur, illi quidem stantes, alij autē manu contingentes, & ori manum ad mouentes? Et de cæteris vatis sacris, idem Chryl. hom. 3. ad Eph. & 81. ad populum, & Aug. concio. 2. in 11. Pf. Et de lib. Euangeliorum, esse venerandū docet VIII. Synod. can. 3. nam verba Euangelica continet, quæ adoranda esse dicit Anast. Papa, epi. 1. c. 1. & in c. Apostolica, de Consecratione, d. 1. & hinc manauit illa vetus consuetudo osculandi librum, postquam Euangelium in Missa lectum est, vt notarunt Iohas Aurel. l. 2. de cultu imaginum, Rup. li. de diuinis officiis, cap. 1. Hugo de sancto Victore, lib. 2. de officiis Eccl. ca. 21. ratione constat hæc veritas ex dictis, quia cuiuslibet rei sanctæ & consecratæ debetur aliqua veneratio: hæc autem res sunt aliquo modo sanctæ. Et confirmatur: primo ex his, quæ de veneratione negatiua (vt sic dicam) dicta sunt: nam illa cura, quam homo adhibere debet, ne profanas actiones circa huiusmodi res exerceat, procedit ex debita æstimatione sanctitatis harum rerum: ergo ex eadem procedit debita veneratio harum rerum, quando consecretæ sunt, vel aliqua actio circa illas est exercenda. Confirmatur secundo, quia irreuerentia circa huiusmodi res, est peccatum sacrilegij: ergo è contrario eis debita est pœnosa veneratio. Antecedens certum est secundum communem omnium Theologorum, vt latius tractatur in 2. 2. q. 99. art. 3. vbi & conclusionem hanc docet D. Thom. & totam hanc doctrinam confirmat, quæ magis ex seqq. patebit.

Secundò dicendum est, non solum exteriorem actum honoris vel adorationis exercendum esse circa huiusmodi res sacras, verum etiam internam mentis intentionem ad huiusmodi res esse dirigendam. Hanc assertionem existimo aequè certam esse ac præcedentem, nam ex illa euidenter sequitur: nam Septima Synodus loco citato dicit, huiusmodi rebus deberi honorariam adorationem: actio vero exterior circa aliquam rem exercita, si non procedat ex intentione & voluntate honorandi illam, non est honoraria, quia reuera non est verus honor, sed apprensus & fictus. Vnde si talis res loqui possit, recte diceret: illud Isa. 29. Populus hic labijs me honorat, cor aut eorum longe est à me. Dicitur fortasse, in ipsomet actu interiori distinguendam esse duplicem rationem, seu voluntatem, vna est exercendi actionem exteriorem honoris, verbi gratia, osculandi, vel simile: alia est formaliter honorandi. Quando ergo veneramur has res sacras, volumus quidem actus ipsos exterioris honoris circa illas exercere, & hoc facti est, vt illas venerari dicamur, quamuis formaliter non intendamus eas colere, aut eis nos subicere, sed Deo tantum ad cuius cultum ordinantur. Sed hoc & rationi & verbis citati Concilij repugnat. Primum patet, quia actio exterior totam suam moralem & studiosam rationem accipit ab interiori: ergo si interior voluntas, qua ego volo osculari calicem, nullo modo est voluntas honorandi calicem ipsum, sed tantum exercendi circa illum eum actum externum in honorem Dei, nõ potest dici illa actio exterior honoraria, respectu calicis, sed solum deosculatio voluntaria, quæ de se indifferens est ad honorandum, vel non honorandum, nisi per intentionem interiorem determinetur. Propter quod merito dixit Leonius, relatus in septima Synodo, act. 4. In omni salutatione & adoratione intentio ipsa requiritur, & spectatur. Secundò declaratur exemplo: nam aliter se gerit, qui ad honorandum Deum, vel se coram illo humiliandum, terram osculatur, & qui calicem, vel aliam rem simile religionis ergo veneratur, vterq; enim directæ voluntate intendit exteriorem actum deosculationis exercere circa terram, vel calicem, vt per se constat, & tamen qui priori modo osculatur terram, nulla ratione dici potest terram adorare aut colere, quia nullo modo

Chryl. hom.

Augustinum. P III Synod. Anast. Pap.

Ion. Aurel. Rupert. Hugo de Sanct. Vict.

D. Thom.

2. Conclus.

VII. Synod

Leonius.

Vera latra solum diuina natura competit.

Epiph.

Nazian.

Psalm. 98.

1 Paral. 28.

Hieron.

Nazian.

Chryl. hom.

Ambr.

Amalar. Euseb. Emif. Paulin. Ambros. Dionys.

Optat.

Greg. Niss.



modo intendit, illum actum exercere in honorē vel cultum terræ: ergo, vt prior vere dicitur calicē adorare, necesse est, vt pō solum velit actum exteriorem illum, quali materia, iter exercere, sed et, vt formaliter velit honorare talem rem, alioqui nulla erit inter eos actus differentia, nec magis dicitur, quis adorare imaginem aut calicem, quam terram, quando deosculatur eam, quod est plus, quam fallum & absurdū, & contra mentem Concilij & sensum oim fidelium. Vnde argumentor tertio: nam tota ratio cultus & intentio colendi pendet ex exultatione: sed longe diuersa exultatione pertractamus, aut deosculamur huiusmodi res sacras, quam res alias cōmunes, vel, quam terram, cum deosculamur eam; de illis n. habemus hanc exultationem, quod aliquo modo sancta sint, eaq; ratione debent sanctē & honorifice tractari: ergo ex hac exultatione secundum rectam rationem sequi debet intentio exercēdi hos actus externos, circa huiusmodi res, nō solum animo colendi Deum: sed etiam animo & intentione colendi seu honorifice tractandi res ipsas propter Deum, seu (q; perinde est) propter sanctitatem, quā habent ex eo, quod cultui diuino dedicate sunt. Quarto argumentor ex varijs locis prædictæ septimæ Synodi, in qua sepe huiusmodi res sacra æquiparātur quoad venerationem & adorationem imaginib. vt supra visum est, & patet etiam ex act. 4. vbi ex lib. S. Maximi legitur: Salutantes sancta euangelia, venerandas Cruces & imagines: & subdit Consl. Episc. Cypri. Verbū salutarit. sum p̄sit pro adorant. Thar. aut inferius subdit: Verbum illud accipiendum esse reuerenda acceptione, nā latrā referuatur Deo, & postea totū Cōc. animaduertit, imagines sacris reb. & vestib. in honore æquiparari. Actandē adducitur dictum Basilij: Omne quod in nomine Dñi factum est, venerandum & sanctum est. Quin potius et heretici, qui cōciliabulo Constant. presentes fuerant, videntur admisisse adorationem huiusmodi rerum sacrarū, quando consecrate aut benedicte sunt, quīs de imaginib. illa negarent. Vnde act. 6. to. 4. in princ. referuntur hæc verba illius Cōciliabuli, Imaginis appellatio, neq; precationem sacra vllam habet, quā sanctificari possit. quib. significatur, q; si aliquo modo esset consecrata aut benedicte, posset adorari. Ad quod respondet Epiphanius, sufficere imaginis representationem absq; alia precatione, quod in tomo etiam 3. sepius dixerat. Vnde inter alia dicit: Typus salutaris crucis sine sacra precatione, & sine dedicatione, apud nos honorabilis existit: satisfacit n. nobis figura, qua tunc sanctificationem accipit, cū a nobis fuerit adorata. Igitur adoratio harum rerū consecrarum certior habebatur, et apud hæreticos: re tñ vera æquiparatur adorationi imaginum, vt Concil. definit, f. quoad modum & ratione adorandi: quod etiam confirmari potest ex 8. Synodo generali, can. 3. Sacram imaginem Dñi nostri Iesu Christi, & oim Saluatoris, quo honore cū libro sancto. Euangeliorū adorari decernimus. sed imagines adorandę sunt ex intentione & animo adorandi, non tantum prototypa, sed et imagines ipse: ergo & huiusmodi res sacre, de quib. agimus. Minor probari pot; applicando rationes tactas, & præterea ex varijs locis eiusd. Concil. Nam in primis Basil. act. 1. in sua cōfess. sic inquit: Honorifice venero venerandas imagines suscipio & amplector honoremq; debitū eis exhibeo. Apertius Theod. in sua cōfess. Sanctoꝝ imaginē suscipio nō vt Deos, verū mentis meæ affectum, quo in illos affectus sum, hoc modo indicans: Adrian. in ep. relata act. 2. Ex animi (inquit) desiderio eas veneramus. & infer. post ep. Adrian. Thar. Imaginū pieturas secundum præcā Patrum nostror. traditionē recipimus, & has desiderio adoramus, vt in nomine Christi, Deiparæ & Sanctoꝝ. factas, sed apertis verbis testamur, nos latrā & fidem nostrā duntaxat in vnum Deum verū referre & reponere. & inf. ait Euthym. Venerandas imagines ex toto corde cū debito honore & salutarī adoratione suscipio, iuxta Patrū tradi-

tionē. & Epiph. inf. Recto corde ad hæreo, venerorq; & adoro, & simili modo loquitur alij Patres. Sed inter alia norandū est, illud verbū Elię: Perfecite eas adorās: nā si adoratio hæc tantū esset in externo actu, & nō ex animo & intentione, reuera non esset perfecta adoratio: imo vt sup. dicebā, neq; esset vera adoratio, sicut, qui exterius colit idolum meū mortis, si id non faciat animo adorandi, non est simpliciter ac vere adorator idoli: & ideo non est perfecta idololatria, neq; incurrit penas Ecclesiasticas cōt. fideles ad idololatriam apostatantes, quamuis alioqui mortaliter peccet, exterius fidem abnegando: vera ergo & perfecta adoratio intentionē & animū requirit. colendi illam rem, quam adorari dicitur. Et hoc et declaratur verbū eiusdem Con. quo huiusmodi adorationē (honorificam) appellare solet, & imagines ipsas (honorabiles) vt sup. tactū est. vnde in act. 7. in ep. totius Synodi ad omnes Eccles. dicitur: Honorabiliter adoramus & salutamus: idem n. significat hæc duo ver. & Conc. Tri. sess. 25. in decreto de inuoc. & venerat. & c. definit: Sanctoꝝ reliquijs venerationē, acq; honore deberi, & eas aliq; sacra monumenta a fidelib. vtiliter honorari, & similiter de imaginib. ait: Eis debitū honorem & venerationē impertendam: verus aut honore nō q; intelligi possine voluntate honoradi, propter q; dici solet, honore esse in honorante, quā vis eius non est posita in exteriori signo vel actione, q; sepe est extra honorantē, sed in interiori exultatione, & intentione: sine hac ergo nullū est verus honor, neq; esset circa imagines. Propter quod in eod. Conc. act. 6. in fine, in demōstratione de imaginū vilitate, quasi ad hanc radicē respiciendo dicitur: Nos dignas habem⁹ imagines honore salutatione & veneratione, debet amq; illis adorationē dare debemus: & infra dānantur, dicentes: Imagines reuerendas esse solū ad memoriā, nō vero ad salutationem. Vnde cōfirmatur vlteri⁹, quia si intentio adoratis nullo modo fertur ad imaginē (& idē est de qualibet re sacra, vt dixi) sequitur adorationē non heri ad imaginem, seu iuxta imaginē vel occasionē imaginis, q; est incidere re ipsa in opinionē Dura. ab omnib. damnatam, quod dicitur imaginē nō proprie, sed abusiue adorari: nō enim alia ratione illa vocauit abutiua adorationem imaginis, nisi quia, licet fiat corā ipsa, vel iuxta ipsā, tamē animus adorantis, vt sic, longe est ab ipsa. Quod etiam patet, vel nihil differe ab alia opinione asserentium, hæc tātum deseruire, vt signa exultatiā memoriā Dei vel Sanctoꝝ, quia ad præsentiam talium rerū coluntur. Quod tandem recte explicatur ex differentia inter adorationē, & orationem, nam oratio, licet fiat coram imagine, vel iuxta imaginem, nō tamen fit ad imaginem, quia imago cum non possit percipere verba, aut desiderium orantis nō est capax orationis, vnde oratio directe & extrinseca ratione sua dirigitur ad personam intelligetem, vt sic. At vero adoratio, non solum fit coram imagine, sed etiam ad imaginem ipsam: vt Concilia loquuntur: ergo ex intentione adorantis dirigitur externa adoratio ad venerandam ipsam imaginem, & non tantum ad venerandum prototypum in illa, seu coram illa, alias nulla esset differentia inter illam & orationē. Ex his tādē sumitur ratio à priori huius veritatis, quia de oratione adorationis nō est, vt res, quæ proximē adorat, vt in materiale obiectum adorationis percipiat honorem sibi exhibitum per adorationem, quia adoratio nō ad hoc ordinatur, vt res adorata percipiat mentem adorantis, sicut oratio, sed ad hoc solum, vt adorans conueniente modo contrectet rem illam, quam veneratur iuxta existimationem, quam de illa habet, vel ad hoc, vt eandem existimationem, quam habet de tali re, suis actib. externis manifestet, nō necessario ipsi rei, quæ adoratur, sed alijs, & præsertim ei, propter quem adoratur. hoc autem totum conuenientissimē potest habere locum circa res etiam inanimatas, quæ alioqui sacre vel sancte sunt, & ideo cultui aliquo dignæ.

Constant. Thar.

Epiphanius.

VIII Synod. generalis.

Basil.

Theodosius.

Adrian. Thar.

Euthym.

S. Maximi
D. W.
C. P.

3. Conclusio.

Epiphani.

Basil.

Chryso.

Adrian P.

Anast.

Cyrl. Hier.

Sim. Sill.

Resinani-

mate nos

sunt capaces

honoris pro-

pter se ipsos.

Tertio, iuxta doctrinam supra datam de imaginibus & de adoratione Eucharistia, dicendum est, adorationem harum rerum sacrarum, quamvis pertineat ad eandem virtutem, quae Deus ipse colitur, tamen eo ordine esse respectu & imperfectam, comparatam ad latrariam absolutam, quae ipsi Deo secundum se debetur. Haec conclusio constat, primo ex doctrina, praedictis locis tradita. Secundo colligitur ex variis locis praedictae VII. Synodi: nam act. 6. tom. 5. §. Papa, quanta infamia inter alia dicit Epiphanius. Habemus item & alia plurima consecrata vasa, haec, quia in nomine tuo facta sunt, & consecrata exosculamur. & idem dicitur de imaginibus & seipsum in eod. Conc. praefertim act. 6. to. 4. non longe à principio, ait Epiphanius. imaginis honorem in primis exemplar reverti, & ibid. sumit argumentum à contrario: nam, qui typum alicuius cōtumelia afficit, in eum quē typus representat, iniurius est, & ad hoc citatur Basil. Chryf. & alij inferius tom. 5. & ab Adrian. P. in ep. act. 2. & ad idem refertur Anast. Episc. Theopoleos, Act. 4. & Cyril. Hierof. & Sim. on Scyllita, Act. 5. & deinde in Act. 7. in definitione dei, & post illam in acclamationibus. Patrum eod. modo explicatur tota haec adoratio, s. per respectum ad alium, ut notavit et Photius Patriar. Constant. in lib. de VII. Synodis, circa septimam, ubi inter alia, inquit: Omnibus perspicuum est, honorem imaginibus haberi ad eos transire quos illa referunt. & inf. dicit, imaginem adorandam, atq. colendam ad honorem & venerationem illius, quae ipsa refert, & subdit: Cū adoratio atq. honor adhibeatur eod. modo, quo in alijs sacris notis & formis sanctissimae latrariae vimur, neq. in illis consistimus, honoremq. & adorationem concludimus, neq. ad alios diversos ac varios fines distrahimur: sed per diuersum, & singularem ipsorum cultum, & adorationem, quae cernitur, sacra cōmunitate a minime diuisa ratione, animos nostros ad inuisibilem illam, singularemq. atq. vicinam diuinitatem dirigimus. & inf. subdit: Sic & sanctorum templa & sepulchra, reliquias fideliter adoramus. & inf. Et si quid hinc in myltis & sanctis nostris sacrificijs simile est p. munus & gratiam in illis exhibitam, praecipuum autem & principē causam agnoscimus ac cōmendamus. Est igitur quoad hoc ead. ratio de his reb. sacris, quae de imaginibus. sicut ergo adoratio imaginū est respectiua, ita et haec. Ratio vero est supra tacta in principio sectionis, quia res inanimatae non sunt capaces honoris & adorationis propter se ipsas, quia non sunt capaces propriae excellentiae, aut intrinsecae sanctitatis sed tantum per quandam denominationem, seu relationem extrinsecam, ut superius est in his reb. de quibus agimus, declaratum est: ergo neq. etiam sunt propter se capaces adorationis, sed tantum propter aliud, talis enim est adoratio, qualis excellentia vel sanctitas: est ergo legitima adoratio harum rerum, respectiua tantum. Praeterea, quod haec adoratio pertineat ad eandem virtutem, quae colitur Deus, probatur, quia tota ratio adorandi has res, est diuina excellentia, ad cuius cultum & sacrificium, templa, altare, vasa sacra, & omnia similia ordinantur: ergo eadem virtus, quae inclinatur ad colendum Deum, inclinatur ad venerandum haec omnia propter Deum. Tandem, quod haec adoratio sit minor, quā latraria, saepe traditur in praedicto Concil. Act. 2. post epistol. Adriani, Act. 4. sapissime, praefertim in confessione fidei totius Concil. quae in fine habetur: actandem Act. 7. in ipsa definitione dei. Eratione patet, quia adoratio propter rationem extrinsecam, multo minor est, quam propter intrinsecam excellentiam, ut per se manifeste patet, sed perfecta latraria illa est, quae datur Deo propter intrinsecam & summam excellentiam: haec autem res sacrae solum adorantur propter excellentiam extrinsecam Dei: ergo eam adoratio minor est, quam latraria. Unde etiam intelligitur, quomodo haec res dicantur in praedicto Concil. non adorari in spiritu & veritate: non n. ideo hoc dicitur, quia adorentur in solo cor-

pore & fallitate, alioqui ut dicebamus: sic tantum & specie tenus adorentur, quomodo videntur exponere, qui dicunt, ideo non adorari in spiritu & veritate, quia, licet corporalis actio adorationis circa illas exerceatur, tamen intentio adorantis ad illas nullo modo refertur: dicuntur ergo, non adorari in spiritu & veritate, quia animus adorantis eis non subijcitur, tanquam seruientis propter se ipsas, sed tanquam seruientis Deo in ipsis, vel tanquam seruientis ipsis propter Deum: vtrūq. enim recte dici & fieri potest, licet humana natura, quae dignior est insensibilibus rebus, illis subijci non debeat, in eis scilicet, seu propter se ipsas, tamen propter rem excellentiorem rationabiliter potest eis subijci aut seruire, conuenientem honorem eis tribuendo, & tunc non dicitur, eis seruire in spiritu & veritate, sed illi, propter quae has res veneratur, & honorifice tractatur. Unde Germ. Patriarch. Constant. in epist. relata in septima Synodo, Act. 4. Haec, inquit, imaginum apparatus ratio est, non quod nos adorationem in spiritu & veritate, incomprensibili & inuestigabili deitati decentem in manu factas imagines, aut in opera hominum arte factas, aut sane in ea, quae sub sunt Deo, siue visibilia sint, siue inuisibilia, transferre studeamus, verum, ut dilectionem nostram, quam iuste in sanctos Dei seruos habemus, per istum modum exhibeamus, & per honorem illorum in eum, qui per illos glorificatus est, quibus illos glorificauit in confessione omnipotentiae suae, Christum scilicet, glorificationem & cultu referimus. Quin potius ex his verbis, & ex multis alijs eiusdem Concilij intelligitur, non solum res inanimatas, verum etiam nec sanctos ipsos esse adorandos in spiritu & veritate: nemo autem negabit, quando sancti adorantur, intentionem honoris & cultus ad eos immediate dirigi: ergo non negatur adoratio in spiritu & veritate, quia posita sit in actu externo sine intentione cultus, sed quia non tendit in rem adoratam, tanquam in vltimum terminum adorationis, in quo mens huiusmodi, & spem collocat. Denique adoratio in spiritu & veritate, idem est, quod adoratio latrariae perfectae, & absolutae, & ideo actio. 6. tom. 4. §. Ex his, Epiphanius veros adoratores vocat, qui in spiritu & veritate Deum colunt, & propterea non cessant imagines amplecti & venerari: & in §. seguente ait: Nos supernis honoribus, magnificare sanctos: sinceram autem & inuolantam fidem & cultum in spiritu & veritate soli Deo offerre, minime vero creaturis illis, quae sunt sub caelo.

Ex his satis responsum est ad fundamentum seu rationes dubitandi tactas in principio sectionis. Vna v. suboritur difficultas, quae, licet in citatis locis tacta sit, tamen, ut multis amplius satisfaciamus, & varias locutiones praedictae 7. Synod. exactius declaremus, presens hic est vrgenda & examinanda. Difficultas ergo est, quia sequitur ex dictis nos diuidere & multiplicare adorationes: nam vnā dicimus tribuendam, esse Deo, quam absolutam, & perfectam latrariam vocamus: aliam vero reb. sacris, quae vocamus respectiuam, vel secundariam, atq. imperfectam latrariam: consequens autem videtur falsum, & contra praedictum Concil. in quo sapissime dicitur, ideo adorationem hanc legitima esse, quia per eam non diuiditur imperium, neq. honor, quia tota illa adoratio, tendit in Deum, & ab illius adoratione non diuiditur. Unde sunt ille frequentes locutiones: Imagini honor exhibitus ad ipsum prototypum refertur, & illa: Adorantes, non ad ea, quae oculis representantur, respicimus, sed ad ea, quae per res significantur: Unde est et illud Adriani, in sua ep. Act. 2. Non in coloribus & tabulis honorem constituentibus sed eorum praedicantes gloriam, quorum appellationes imagines referunt, & ibid. ex Greg. Niss. refertur, animi adorantis reduci debere ad cōtemplationem primi exemplaris, & Chryf. dicens, Quando imago Imperat. in ciuitatem infertur, populus non imaginem honore prosequitur, sed vltimam praesentiam regis suscipit, & hoc modo dicitur ibidem, quae haec veneratio per recordationem exhibetur, & similia habentur in actio-

Difficultas.

Adrianus.

Greg. Niss.

Chryso.



netertia in epistol. Orientalium, circa finem, quam legati Pontificis postea laudat, dicentes: In omnibus confentire cum Epistola Adriani. Similia leguntur in Ag. 4. in epist. Nili ad Olympiodorum, & citantur Chrysoft. & Athanas. Et Basilii, præsertim lib. de Spiritu sancto, c. 17. dicens: Adorationem Imperatoris, & imaginis eius, esse vna, quia sicut est vnum imperium: ita imaginis honor ad primum, veluti fontem dirigitur. & familia leguntur in epist. Germ. & in his, quæ ex Leontio, ead. Act. 4. referuntur. Vbi specialiter notari possunt illa verba: Non illi honorantes, sed Patrem desiderantes ac venerantes; quæ in reliquis dicuntur. Eadem fere habentur in epist. Gregorij ad Herm. eadem act. 4. & 5. in disputatio. Leontij cum Iudæo, & in dictis Ioannis Thessalonicensis, & in act. 6. tom. 2. Ac deniq; Act. 7. in ipsa sibi definitione dicitur: Imaginis honor in prototypum resultat, & qui adorat imaginem, in ea adorat quoq; descriptum argumentum. Nec refert, quod in his locis fere semper fit sermo de imaginibus, quia, vt ostendimus, imaginum & harum sacrarum rerum adorationes æquiparantur, eadẽq; est virtusq; ratio. Et confirmatur primo, quia imago Dei, vel res sacra, nũq; legitime adorari potest, quin in ipsa adoretur Deus, vt constat ex omnib. citatis testimonijs, sed quotiescũq; adoratur Deus, illa est perfecta, & absoluta latria: ergo alia secundaria latria est confecta, quia nunquã hæ res possunt adorari, nisi adoratione, quæ procedat ex perfecta latria interiori. Et confirmo secundo: nam, si præter hunc modum adorandi potest esse alius: interrogo de quo loquatur septima Synodus in sua definitione? nam cum illa vnica sit, & simpliciter eorundem verborum tenore tradatur, non potest de publico, sed de vno tantum adorationis genere intelligi. Rursus, cum illa definitio sit veluti conclusio omnium, quæ in eodem Concilio disputata fuerant, & adducta, necesse est, & illam intelligi modo consueto locutionibus omnibus Sanctorum adductis in superioribus actionibus, & conuerso omnia, quæ prius allegata fuerunt, intelligi iuxta sensum illius definitionis. Aut ergo illa definitio intelligitur de adoratione secundaria & respectiua, aut de absoluta, & primaria. Primum dici non potest, tum quia in superioribus actionibus sepius declaratum fuerat ex Patrũ sententijs, imagines adorari eadẽ adoratione, qua exemplaria: illa autẽ adoratio est perfecta, & absoluta: tum etiam, quia in eadem definitione subditur talis ratio huius adorationis, Imaginis enim honor in prototypum resultat, & qui imaginem adorat, in ea adorat quoq; descriptum argumentum. At vero, quando in imagine Dei adoratur Deus, illa est perfecta & absoluta latria: ergo, iuxta mentem Conc. sermo est de tali adoratione, & per eam dicitur imago adorari. Tum deniq; quia Con. Trid. sess. 25. loco citato, ita videtur, tam rem ipsam, quam septima Syn. definitionem explicare, dicens: Imaginib. debitum honorem & venerationem impertiendam esse, non quod credatur in esse aliqua in ijs diuinitas vel virtus, propter quam sint colenda, vel quæ ab eis sit aliquid petendum, sed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illa representant; ita vt per imagines, quas osculamur, & arã, quib. caput aperimus, & promcumbimus, Christum adoremus, & Sanctos, quorum illa similitudines gerunt, veneremur, id q; Conciliorum, præsertim verò Secunda Nicenæ Synodi decretis contra imaginum oppugnatores est sancitum. Constat autem hanc adorationem, quam his verbis Concilium explicuit, esse absolutam & perfectã: ergo de illa locutum est etiam Con. Nicen. Erga illa secundaria adoratio, & respectiua, non habet fundamentum in his Conc. neque asserenda est.

Ad principalem difficultatem respondetur, in nulla opinione negari posse, quin adoratio imaginis & exemplaris, reliquiarum & Sanctorum, quorum sunt reliquæ, rerum sacrarum, quæ ad cultum Dei, depu-

tantur, & ipsius Dei, aliquo modo vna sit, & aliquo modo duplex: Vna quidem propter omnia adducta difficultate propofita, & quia vt Aristoteles dixit, vbi est vnum propter aliud, ibi est vnum tantum: constat autem in præfente vnum propter aliud adorari, verbi gratia, vasa vel tẽpla sacra propter Deum. Dux autem, quia in illo Conc. sæpe dicitur, imagines, verbi gratia, honorifice esse adorandas, latriam autẽ seu diuinam venerationem eis non esse exhibendam, vt patet ex Actio. 6. tom. 2. parum à principio, & sæpe alias. Vnde in Act. 4. hæc verba referuntur ex Anathaf. Epif. Theopoleos. Nemo offendatur in adorationis vocabulo, si quidem & homines & sanctos Angelos adoramus, non autẽ q; eis latriam, hoc est, cultum diuinum exhibeamus. Et adducit illud Deutero. 6. Deum tuum adorabis & illi soli latriã præstabis; (vriplegit) ponderans exclusiuam dictionẽ additam esse in verbo, (latriam) non in verbo (adorabis.) Vnde concludit. Quam ob rem adorare licet: quid enim aliud est, quã honoris alicui exhibiti veluti emphasis adoratio, latriã vero nequaquam, &c. Nec refert, quod hoc loco sermo est de adoratione Dei & Sanctorum, quas certum est duas esse: tum quia in eodem Concilio sæpe cõparatur adoratio imaginum adorationi Sanctorum, & adoratio Sanctorum dicitur aliquo modo esse vna cum adoratione Dei, quia adoratio Sanctorum ad Dei honorem refertur, & in Sanctis adoratur Deus vt patet ex locis supra adductis, tum etia, quia eodem modo distinguuntur in eodem Concilio, adoratio imaginis, & latria, vt patet ex Tharasio post epistolam Adriani, in Actio. 2. & in Act. 6. in fine, in demonstratione de imaginum vtilitate. Vbi sic dicitur: Quapropter non indignas habebimus imagines honore, salutatione, & veneratione, debitamq; adorationem illis dare debemus, siue igitur placebit salutatione siue adorationem appellare: idem profecto erit, modo sciam? excludi latriam. Hæc enim est alia à simplici adoratione, vt sæpe alibi est ostensum. Si ergo est alia & alia, necesse est aliquo modo esse duas. Varijs ergo modis potest intelligi, & sit vna, & duplex hæc adoratio. Primo, quod fit vna realiter, seu physice: Duplex autẽ moraliter, in hoc sensu, quod res sacra, & Deus vnomet actu externo adorantur, & hoc modo dicitur adoratio vna physice, seu realiter, tamen, quia illa exterior adoratio respectu Dei fit ex intentione cultus eius; respectu vero calicis vel alterius rei sacræ, non ita fit ex intentione cultus eius, sed soli Dei, qui in illa, vel per illam adoratur: id est moraliter illam etiam est latria respectu Dei, non vero respectu calicis: Hæc tamen expositio satis reiecta est ex superioribus: Est enim contra mentem Concilij, & contra rationem: nam licet iuxta illam re de intelligatur, quod modo illa actio sit latria respectu Dei, non autem respectu calicis, non tamen saluatur, q; respectu calicis sit vera adoratio, quia, seclusa intentione, nullus verus honor alicui deferri potest: non ergo erit ibi duplex adoratio moralis in vna actione reali, sed potiùs vnamet actio, respectu vnus erit adoratio, & non respectu alterius, sicut diximus supra de osculatione terræ in honorem Dei: illa enim est adoratio respectu Dei, non vero respectu terræ, quia non ea intentione fit. Secundo ergo modo potest esse conuersio dicitur hæc adoratio duplex actu reali ac physico: vno vero moraliter seu radicaliter in vno habitu, aut ratione formali cõmuni, aut sine, quo modo dilectio Dei & proximi dici potest vna charitas, quamuis non admittamus, Deum & proximum vno actu diligi, quia vna Dei bonitas, est ratio diligendi Deum & proximum, & ita est virtusq; vna charitas habitualis, & vna dilectio propter relationem ad eandem personam, propter quam cætera diliguntur. Et simile exemplum est in intentione finis & electione medijs propter finem: nã esto, physice & realiter nõ sint vnus actus intellectus & electio, nihilominus ille censetur esse vnus motus moraliter, vnus ratione vni? termini vltimi, qui est

Nilous.
Egfl.
Germ.
Greg.

Conc. Trid.
1 Nic. Syn.
Cõc. Nicen.

S. ADRIANI
PONTIFICIS
MAXIMI
EPISTOLARUM
LIB. II.

ratio tendendi in reliqua, & ratione etiā vnitus prin-
cipij, seu vnus habitus & inclinatio. Et hæc expo-
sitiō in rigore posset sufficere ad vnitatem requiritā
inter adorationem Dei, & rerum sacrarum, vel ima-
ginū eius, &c. vt talis adoratio sancta sit, & conformis
rationi, quando quidē tota tendit formaliter in
Dei honorem, quatenus ipse est ratio, propter quam
cetera omnia adorantur, vnde non diuiditur impe-
rium, sed vnitur potius in vna Dei maiestate, quæ est
ratio adorandi cetera, & in vna radice inclinante ad
Dei cultū, ex qua provenit, vt etiam in venerationē
habeantur omnia, quæ ad Dei cultū spectāt, sicut nō
diuiditur charitas seu amicitia ex eo, quod diligitur
proximus propter Deū, sed vnitur potius in Deo: phy-
sica enim illa distinctio actū parum ad rem morale
refert, nec diuidit animum eius vel intentionem aut
æstimationem, quando omnia in vnum tendunt, &
hoc reuera est, quod præcipue intendit Concilium.

Concilij
sententia.

Vt vterius vero addo, hanc adorationem non tantū
habitu esse vnam, sed etiā actu reali & physico, quā-
uis semper sit aliquo modo duplex. Et quidem, si so-
lum esset sermo de actu exteriori, nulla esset difficul-
tas: nam constat eodem actu exteriori posse simul
Deum & imaginem, seu rem sacram colui, qui habebit
duplicem rationem adorationis, si à duplici actu in-
teriori procedat, vt facile fieri potest. Sed non loqui-
mur tantum de actu exteriori, sed etiam de interno,
in quo etiam est verum quod diximus. Quod vt ex-
plicemus, duo extrema cauenda sunt. Primum est
dicentium, has adoraciones in actib. internis semper
esse physice & realiter distinctas, solumq; habere v-
nitatem morale seu radicale iuxta superiorem
interpretationem, & hoc sentit Gab. in 3. d. 9. cuius
sententia nobis non placet, quia nullam inuenimus
repugnantiam, vt hoc fieri possit interdum vno actu
interno, quo posito melius explicantur plures Con-
ciliorum locutiones supra adductæ, vt statim etiam
dicetur. Aliud extremum est, has adoraciones semper
& necessario debere fieri per vnum ac eundem a-
ctum interiorem, ita vt non possit recte ac honeste a-
dorari imago Dei, vel calix verbi gratia, nisi per interio-
rem actum apprehendatur Deus, vt adorandus cum
calice, seu vt adorandus in calice, & per cali-
cem: calix autem vt coadorandus etiam suo modo,
propter Deum. Cuius ratio reddi potest, quia non
potest honeste adorari calix: quin Deus sit ratio ado-
randi illum, non potest autem Deus esse ratio ado-
randi, quin etiam simul sit res adorata, quia in volū-
tate quidquid est ratio volendi, est etiam obiectum
volitum vt quod, vt multi existimant, & hoc signifi-
catur in locutionibus adductis ex septima Synodo,
cum dicitur, totum hunc honorem referri in Deum,
qui in talibus reb⁹ adoratur. Sed hoc etiam extremū
est falsum, vt ostendam: media itaque via tenenda
est. Existimo ergo hunc modum adorandi rem sac-
ram & Deum per vnum actum, quo vtrumque a-
doretur, vt obiectum quod, esse possibilem & honestum
ac licitum. In quo recedo à priori extrema sententia,
& hoc late probaui, tractando de imaginibus,
& reliquijs in 1. tom. Est autem eadem ratio in rebus
sacris: de quibus nunc agimus. Et patet breuiter,
quia hoc modo probabilius est, Deum & proximum
posse amari vno actu, & similiter finem & medi-
um. Item idem actus potest habere duplex materiale
obiectum, vnum primarium, & aliud secundarium,
vt eadē visio esse potest Dei, & creaturarum in Deo:
ergo & in præsentia similiter. Tandem ex re ipsa
deklaratur: nam Deus & res sacræ in ratione obiecti
adorabilis possunt apprehendi cum mutuo quodam
respectu: nam & res sacræ colitur propter Deum, &
Deus colitur in res sacræ, seu per rem sacram: ergo to-
tum hoc potest mente concipi per modum vnus ob-
iecti, & voluntas potest in vtrumque tendere vnico
simplici motu propter mutuam habitudinē, quam
hæc res inter se habent. Vel aliter, quia Deus & res sa-

Sententia
ambrosii.

Idem actus
potest habere
duplex ma-
teriale ob-
iectum.

cræ adorantur propter excellentiā Dei, potest vtrāq;
illa res apprehendi, vt informata vnica excellentia
Dei, & voluntas vnico motu tendere in vtramq; per
modum vnus adæquati obiecti materialis adorabi-
lis: est ergo hic modus adorationis possibilis. Quod
autem licitus sit, per se notum est ex dictis, quia vtra-
que illa res adoratur illo actu, prout secundum rectā
rationem adorabilis est. Item, quia si duobus actibus
illo modo adorarentur, licite fieret: ergo & vno actu:
nam hoc nihil variat honestatem morale. Tandem,
quia de hoc modo adorationis videtur loqui Patres,
cum dicunt, adorādo has res vel imagines in eis ado-
rari exemplaria seu personas, propter quas coluntur.
Et tūc ille actus adorationis interioris, quamuis rea-
liter vnica habeat speciem, tamē moraliter, vel se-
cundum distinctionem rationis & inadæquatos cō-
ceptus, dici potest duplex adoratio: nam ille actus, vt
terminetur ad Deum propter se, est latria absoluta &
perfecta: prout vero terminatur ad rem sacram pro-
pter Deum est adoratio respectiua, est latria secundū
quid, sicut, quādo vno actu diligitur Deus propter se
& proximus propter Deum, ille actus, prout termina-
tur ad Deum est dilectio absoluta & super omnia: vt
terminatur vero ad proximum, est respectiua, & nō
super omnia, sed infra Deum, & hoc modo facile cō-
ciliantur, & intelliguntur omnia dicta illius Con-
cilij. Ex hoc vero vterius sequitur (vt existimo) eui-
denter posse hoc genus adorationis fieri diuersis a-
ctibus, imo & re ipsa posse interdum separari hos a-
dorandi modos, in quo recedo à posteriori extrema
sententia: declaratur autem & probatur: nam primo
manifestum est, interdum posse absolutam Dei ado-
rationem fieri sine respectiua adoracione aliarum
rerum sacrarum, non solum quando per se confide-
ratur Deus sine villo concursu, vel occasione harum
rerum sensibilium, sed etiam quando ex illis excita-
tur animus ad adorandum Deū, eo modo, quo Du-
ran. sentit, adorari exemplar ad præsentiam imaginis,
non adorata proprie ac per se ipsa imagine, vel etiam
eo modo, quo dicebat opinio supra recitata, exteriorē
actionem adoracionis fieri corā imagine vel res sacræ:
totam vero mentis intentionem ad Deū, seu exem-
plar dirigi: nam, licet prædictæ sententiæ in hoc fal-
sæ sint, quod negant imagines, vel res sacræ esse a-
dorabiles, alio vero ac proprio modo adoracionis: ta-
men ille modus, quem ponunt adorandi Deum vel
exemplar, non est impossibilis, nec falsus, nec illicitus,
quia cum exercitium adoracionis voluntarium sit
& liberum, potest homo suo arbitrio præscindere
vnam rem ab alia, seu vnum obiectum materiale ab
alio, & ita dirigere mentis intentionem ad adorandū
vnum præcise, non coadorato alio, etiam si for-
tasse occasio sumpta sit ab alio obiecto sensibili,
quod memoriam excitauit. Et declaratur exemplo:
nam, licet Eucharistiæ sacramentum, vt constat ex
Christo & speciebus vnico actu & animi motu ado-
rabile sit, ita vt species simul cum Christo coadoren-
tur: nihilominus potest homo mente præscindere,
& Christum ibi sub speciebus latentem considera-
re, eumque solum ac præcise adorare, non coado-
ratis speciebus ex intentione sua, quamuis exte-
rior actio in præsentia specierum exerceatur: nam in
hoc nulla est repugnantia, & totum pendet ex ho-
minis libertate. Est ergo hic modus possibilis. Quod
autem licitus sit, probatur, quia neque est malus
ratione eius, quod in eo omittitur, neque etiam ra-
tione eius, quod per eum fit: ergo per se non habet
vllam malitiam, & alioqui habet bonum & honestum
obiectum. Ergo per se bonus est. Assumptum
deklaratur & probatur, quia in eo actu omittitur
propria, ac per se coadoratio imaginis vel rei sacræ:
hæc autem omisio non semper mala est, quia non
omittitur ex aliquo errore: præterea, scilicet, quod
mala existimetur, sed solum, quia animus omnino
appellatur ad superioris rei considerationem & re-
ueren-

Alia autem
est sententia.

Opinio Du-
rani.

Modus ado-
randi po-
ssibilis
& licitus.

uerentiam, quod licite facere potest, quia nullam habet obligationem exercendi semper adorationem circa rem sensibilem, etiam si sacra sit, & ex illa sumat occasionem adorandi Deum, quia hoc præceptum, vel nullum est, quod absolute obliget ad exercitium actus, sed solum ad specificationem, si homo velit illud exercere, vel si est aliquod, illud est affirmatiuum, & non obligat pro semper: ergo ratione illius omissionis, seu præcisionis, non est actus malus: aliunde vero per illum actum colitur Deus adoratione absoluta & perfecta, illi debita propter eius excellentiam, ut proponitur: ergo illè actus ratione eius, quod per eum fit, non est malus, sed potius ex obiecto bonus, neque intrinsece includit aliquam circumstantiam, quæ inficiat.

Simili discursu probari potest adorationem respectiuam harum rerum sacrarum esse separabilem ab adoratione absoluta latræ ipsius Dei, talemque adorationem sic exercitam esse licitam. Et primum quidem, scilicet, hoc esse possibile, probatur primo ipso usu & experientia, frequentissime enim tractamus has res sacras religiosa ueneratione, non exercendo proprium, & absolutum actum latræ circa Deum ipsum, vel Christum: tunc ergo exercemus solam adorationem respectiuam, quam septima Synodus vocauit simplicem adorationem à latræ distinctam. Antecedens uidetur adeo euidens experientia, ut à nemine negari possit, sed declaratur amplius, quia absoluta Dei adoratio esse non potest, sine actuali consideratione absoluta ipsius Dei & excellentiæ eius: sæpe autem ueneramus has res sine tali actuali memoria & consideratione Dei: sed solum, vel confuse apprehendendo has res, ut sacras & religiosas, vel ad summum considerando illas, ut cultui diuino dicatas. In quo non consideratur Deus; ut per se adorabilis est, sed solum, ut extrinsece facit adorabilem rem solum cultui dicatam, seu (quod idem est) ut est ratio adorandi illam. Declaratur etiam hæc experientia in hunc modum: nā longe aliter ueneramus calicem vacuum, vel plenum Christi sanguine, quando enim hoc posteriori modo illum apprehendimus, statim exercemus actum perfectæ latræ, quo tendimus in ipsum Christum, ut obiectum primarium, & absolute adoratum: cætera uero ipsi coadorantur: quando uero apprehendimus calicem vacuum non excitamur ad talē adorationis modum, sed solum ad reuerenter tractandam rem illam, quia ut sacra & religiosam illam apprehendimus: ergo signū est, in hoc posteriori genere adorationis, cōmunitè loquēdo, non exerceri perfectam & absolutam latræ circa Deum vel Christum, sed solum respectiuam circa res sacras.

Differentia inter imagines & res sacras.

In quo est obiter notanda differentia inter imagines & res sacras: nam licet in hoc conueniant, quod etiā imagines sunt adorabiles sola adoratione respectiua, ut alias diximus, tamen si imago propriū imaginis officium exerceat, nunquā adoratur, quin prototypō in ea primario & absolute adoretur, quia proprium officium imaginis est, referre suum exemplar. Vnde si interdū sola imago honoratur, ut materiale obiectum, quod adoratur, potius sumitur ut res quædam sacra, quam formaliter & in actu exercito, ut imago, & quia prior usus imaginis proprius est & frequentior: ideo prior modus adorandi imaginem frequentior etiam est: munus autem & proprius usus rerum sacrarum, de quibus modo agimus non est referre, aut representare Deum, ad cuius cultum ordinantur, sed solum deseruire, aut esse instrumēta ad aliquod ministerium diuini cultus, vel ad illud esse consecrata, seu benedicta, & ideo frequentior modus uenerandi has res est solum per respectiuam adorationem absque formali, & propria tendentia mentis & intentionis in Deum secundum se, & hæc est ualde notanda differentia & intelligenda uaria dicta de adoratione imaginum: & harum rerum sacrarum, & ad reddendam rationem huius experien-

Proprium u. i. uerum i. aratum quibus

tiæ, quæ, ut opinor, negari non potest, & sufficiens est ad probandum, quod intēdimus. Sed præterea probatur ratione sumpta ex generali principio, quodlibet voluntate, non semper ratio uolendi, est uolita, ut quod, formaliter & proprie, sed solum virtualiter, quatenus est ratio uolendi aliud, quod patet exemplis: nam primo in intellectu assensus scientificus conclusionis non uersatur circa principia tanquam obiectum quod, seu cui intellectus assentitur: imo nec semper requirit talem actualem assensum principiorum, quāuis semper nitatur ipsis principiis, tanquam rationi assentiēdi, & qui credit articulum fidei, ut reuelatum à Deo, non semper actu credit, Deum esse primam ueritatem tanquam obiectum creditum ut quod, quāuis illi ueritati nitatur, ut rationi assentiēdi. Deinde in uoluntate, quāuis proximus ametur propter Deum, non quoties amatur proximus illo amore respectiua, necesse est amari formaliter Deum, ut obiectum quod diligitur, & idē est electione mediij propter finem, quæ non semper requirit actualem intentionem, quæ formaliter tendat in finem ut obiectum uolitum ut quod.

Ratio autem generalis est, quia non est necessaria connexio inter obiecta dicto modo uolita: nam ut una res sit ratio uolendi vel colendi aliam, satis est, quod intellectus apprehendat respectum unius ad aliam, & iudicet, hanc rem, quæ ad aliam habet respectum, esse amabilem vel honorabilem ratione illius termini, quem respicit: quo posito iudicio potest uoluntas immediate ac præcisè ferri in obiectum illud sub ea ratione respectiua, hoc enim nullam repugnantiam inuoluit, ut per se notum uideatur, & pendet ex libero exercitio actuum uoluntatis: ergo potest ita fieri, ut in præcedente puncto argumentabamur. Imo supposita tali apprehensione & iudicio hic modus operandi est magis conaturalis uoluntati: nam si ego non desidero hunc finem, ut per se amabilem, sed medium, ut uile ad talem finem, & amabilem propter illum: non est, cur uoluntas exerceatur ad tendendum in finem, ut in obiectum quod, amando illum propter se, sed solum in medium, amando illud propter finem: sic ergo in præsentī potest intellectus non considerare actu Deum, ut summe excellentem, & per se adorabilem, sed solum apprehendere hanc rem sacram, ut diuino cultui dicatā, & ea ratione iudicare, eam esse reuerenter tractandam: ergo potest uoluntas id præcisè uelle non intendendo actu absolutam latræ & cultum Dei secundum se. Et ergo sine dubio hic modus adorandi possibilis.

Quod autem licitus sit, eisdem fere argumentis probari potest: primo quidem, quia ex communi ueritate omnium piorum, & religiosorum hominum, quibus ut ostendimus, frequentius hoc modo uenerantur has res, & cerri moraliter sunt, in hoc se nihil peccantes, sed potius bene agere. Secundo, quia siue cōsiderem⁹ id, quod ibi fit, siue id, quod omittitur, nulla est deordinatio: & alioqui obiectum talis actus est per se consentaneū rectæ rationi: ergo actus hinc habet honestatē, & ex nullo capite habet malitiam. Assumptū declaratur: nam ibi omittitur absoluta adoratio latræ Dei, à quo habent hæc res sacras, quod adorabiles sint: hæc autem omisio non est mala, quia præceptū adorandi Deum hoc modo non semper obligat. Neque etiam eo tempore occurrit specialis aliqua ratio, propter quā tunc semper & specialiter obliget. Rursus ibi exercetur adoratio respectiua præcisè hæc materiam est cōmensurata obiecto, nā tale obiectum materiale propter talem rationem secundū rectam rationem adorabile seu honorabile, ut septima Synodus, locis adductis sæpe loquitur, & ideo actus, in epistola Orientalium, approbantibus Legatis Pontificis, absolute & generaliter dicitur, adorare imagines licitum esse, sed prototypi causa. Idem autem est, ut sæpe dixi, de rebus sacris. Quotiescunque ergo propter debitam rationem, & cum debita existimatione hono-

honorantur, licita est adoratio, quamuis in ea præci-
se sitatur. Vnde argumentor vltimo, quia hæc ado-
ratio respectiua, seu minor, quam perfecta latria, ali-
quando est licita & sancta, vt euidenter docet dicta se-
ptima Synodus multis in locis, quorum aliqua desi-
gnauimus, & quando coniunctim sit cum latria per-
fecta, respectu Dei est licita, vt in præcedente modo
declaratur: ea ergo etiam si sit præciße ac separatim,
erit licita: patet consequentia, quia ex hoc non adiun-
gitur illi, aliqua mala circumstantia, neque aliquid
omittitur, quod simpliciter sit ad honestatem neces-
sarium. Dicit fortasse aliquis, his rationibus recte pro-
bati, illum modum reuenter tractandi has res sac-
ras, cum prædicta existimatione absq; actuali exer-
cicio perfectæ latriæ, esse quidem possibilem & licitum,
non tamen mereri nomen adorationis, quæ de-
beret esse emphasis honoris, vt dicitur in septima Syno-
do loco citato; ibi enim non est emphasis honoris,
sed solum quædam existimatio, & prudens discretio
inter res ipsas. Sed hoc est reuocare rem totam ad
questionem de nomine, & modus ille loquendi est
fallus & præter communem modum loquendi, etiã
vñtatum in prædicta septima Synodo: nam illa reue-
ra non est tantum existimatio, sed ex diuersa existi-
matione procedit diuersa operatio, quæ non potest
non esse adoratio, quamuis secundaria & respectiua:
quia est veneratio quædam, & significatio honoris &
religiosæ existimationis, vt in eadem septima Syno-
do sepe dicitur, & in illis eisdem verbis, cum dicitur
adoratio (emphasis honoris) quia emphasis nil aliud
est, quam significatio recondita, & minus explicata,
quamuis, et si per emphasin honoris intelligeremus
excellentem aliquem honorem, posset hoc attribui
huius adorationis respectiua rerum sacrarum, etiam
præciße sumptæ, quia, quatenus in diuina excellentia
nititur, religiofa est, & altioris ordinis ab omni alio
honore, quamuis in illo ordine secundarium & infim-
um locum teneat, ille igitur modus tractandi has
res sacras cum veneratione & reuerentia, modus qui-
dam adorationis est: vnde recte Tharasilus in septima
Synodo, actione. 4. non longe à fine, paulo post illa
verba Anastasij, quod adoratio est emphasis hono-
ris, ex eis ita inferit: Omnes qui sacras imagines se ve-
nerari contententur: adorationem autem reculant, à
sancto Patre, tanquam hypocritæ redarguuntur. I-
dem ergo nos dicimus de adoratione & veneratione
rerum sacrarum.

vt propter immediatam rationem adorandi, sed pro-
pter intrinsecam sanctitatem eorum: nam, vt recte
dixit Adrianus ibidem, actio, secunda in sua episto-
la, circa finem: Decet Sanctos honor & veneratio pro-
pter iustitiam eorum. Nihilominus tamen, quia to-
tus hic honor Sanctorum creditur in Dei honorem, & in
Deo radicaliter fundatur, ideo, quando Sancti hono-
rantur, dicitur Deus honorari in illis: ergo multo
magis cultus harum rerum sacrarum, qui in meta-
te fundatur in Deo, vt in ratione adorandi, dicitur es-
se virtualis honor & cultus ipsiusmet Dei.

Ex his ergo satis constat, quomodo sit vnã adora-
tio harum rerum sacrarum & Dei, & quomodo et-
iam sit duplex, diuersa consideratione & ratione, per
quod sufficienter responsum est ad principalem dif-
ficultatem, supra tactam, Et hinc etiam exponuntur
facile omnes locutiones ibi adductæ: nam in eis in-
terdum sermo est de adoratione imaginum, vt exer-
cent imaginum officium, atque adeo, vt in eis adora-
tur prototypum, vt obiectum quod, interdum vero
loquitur de adoratione respectiua, & hoc modo est
in vniuersum verum, has res non adorari, nisi vt re-
latas ad aliud, nec respiciendo ad ipsas vt sic, seu ad na-
turas earum, sed respiciendo ad excellentiam alteri-
us, saltem vt ad rationem adorandi, & hoc est, quod pri-
mo ac principaliter intenditur in illo Concilio, quia
hoc est, quod per se honesta hæc adorationem. Vnde
ad primam confirmationem plana est et respon-
sio, quia in his rebus dupliciter potest adorari Deus,
scilicet, vel implicite, & vt obiectum quo tantum,
vel explicite, & vt obiectum quod, & vterq; modus
sufficit ad honestam adorationem, & de vtroque lo-
quitur Concilium in diuersis locis: prior vero ratio
per se pertinet, & requiritur ad propriam adorationem
harum rerum, quatenus ad illas terminatur,
quia illæ non sunt adorabiles, nisi ratione alterius:
quod vero simul cum illis adoretur aliud, vt obiectum
adoratum vt quod, formaliter non pertinet ad ado-
rationem earum, sed concomitanter fieri potest ex
perfecta apprehensione & motione adorantis.

Hinc ad secundam confirmationem in primis di-
ci potest, septimam Synodum in definitione fidei cum
docet, vel imagines, vel has res sacras esse adorabiles
formaliter loqui de adoratione respectiua, secunda-
ria, tum quia eam expresse à latria distinguit, tum
etiam, quia hæc est adoratio per se debita his rebus,
& quod aliquid aliud attingatur, est quasi accidenta-
rium, & eodem modo intelligi potest Concilium Tri-
dentinum cum dicit, his rebus esse debitum honorem
& venerationem impertientiam. Neque huic expo-
sitioni obstat, quod eadem Concilia subiungunt hono-
rem his rebus seu imaginibus exhibitum ad pro-
typa referri, & hæc eadem prototypa in imaginibus
adorari, quia hoc totum verificari potest de pro-
typo, vt est ratio adorandi imaginem, vt iam de-
claratum est: sicut honor Sanctorum dicitur referri
in Deum, & Deum adorari in Sanctis: nam, quod
prototypo adoretur in imagine, vt obiectum quod,
quando formaliter vt in imagine vt in imagine, licet
sit verum, non est tamen de fide certum, neq; existimo,
ibi esse definitum. Vnde dicitur secundo, Concilia hæc
solum id definire, quod per se pertinet ad fidem & ad
defendam legitimam adorationem harum rerum
à calumnijs hæreticorum: hoc autem in duob. vel tribus
cõsistit. Primum est, quod res vere ac proprie & sub
aliqua honesta intentione adorantur. Secundum est,
quod non adorantur ratione sui, sed ratione alterius:
vnde fit tertio, vt totus honor harum rerum ad aliud
referatur, & in ipsis aliquo modo adoratur, & hæc
tantum sunt omnino certa: reliqua vero relinquunt
Concilia disputationi Theologicæ. sc. an res illa, quæ
est ratio adorandi aliam, simul cum illa, & in illa ado-
retur, vt quod vel tantum vt quo, & quando adora-
tur vt quod, an fiat vno actu interiori, vel duobus, &
an ita semper fiat, vel solum aliquando: insinuant ta-
men

Adrianus

Adoratio Dei & rerum sacrarum quomodo vna, quomodo vbi duplex

Ad 2. confir- mat. onem resp. nro.

Cinc. Triad.

Modus lo- quendi fal- sus dicitur

Adoratio quid.

Emphasis quid.

Thom. 1. 2. q. 12. a. 4.

Rom. 13.

D. Thom.

Leontius.

Germ.

men praedicta Cōcilia in illa ratione & explicatione; quam subdunt post definitionem suam, quōtiefcun- que adorantur imagines, vt sunt imagines, in eis ad- orari exemplaria, et vt res primario adoratas; nō ta- men inde sequitur, idem atq; eodem modo fieri, quā- docunq; adorantur res sacrae aut ipsamet imagines, quatenus quaedam res sacrae sunt, vt in superioribus explicatum reliquimus. Ex illis ergo definitionibus nihil colligi potest diuersum à doctrina tradita.

DISPUTATIO LXXXII.

De preparatione ad Missam necessaria, & de vestibus sacris.

Postquam dictum est de tempore & lo- co, quae magis extrinsecus circumstant actionem sacrificandi, explicanda se- quuntur aliae circumstantiae vel caeremoniae, quae magis intrinsece ipsimet actioni sacrificandi adiunguntur. Sed prius quam ad haec accedamus explicare oportet, quomodo Sacerdos parare se debeat, vt cōuenienter dispositus ad altare Dei sacrificaturus accedat. Potest autem haec dispositio requiri, aut ex parte animi, aut ex parte corporis, & de vtraq; aliquid sumendum est ex dictis superioribus, de dispositione ad communionem sacramenti Eucharistiae necessaria: aliquid vero addendum est tanquam huius loci proprium: Quia ergo Sacerdos sacrificaturus, communicaturus etiam est, ante omnia necesse est, vt sine conscientia peccati mortalis accedat: ita, vt, si talem conscientiam prius habeat, confessionem praemittat, si potest, vel, si non potest, saltē contritionem habeat cum proposito confitendi, cū primum possit iuxta tractata in superioribus. Praeter hanc autem dispositionem nulla alia spiritualis praeparatio occurrit, quae simpliciter necessaria sit ex precepto, praeter voluntatem, & intentionem rite & honeste sacrificandi, quia neq; ex sola rei natura aliquid aliud colligi potest, neq; inuenitur aliquod speciale praecceptum positiuū, quod aliquid huiusmodi praescribat, ita vt eius transgressio peccatum sit: nonnulla enim, quae in Missali designantur, solum pertinent ad quandam directionē & consiliū, quod obseruare, optimus quidem erit, nihil tamen peccabunt, si omitantur, secluso contemptu, maxime, si aliqua alia praeparatio praemittatur, quae iuxta vniuersūq; consuetudinem, magis eum possit ad deuotionem iuuare: hoc enim seruare debent Sacerdotes omnes, vt sacrificiū hoc, debita religione & pietate celebrare possint, vt recte docet S. Germ. in Theoria rerum Ecclesiasticarum, cui rei illustre exemplum legi potest apud Dionys. epist. ad Demoph. Addit vero Innoc. lib. 1. de hoc myst. capit. 47. celebrantem debere quosdā Psalmos & orationes praemittere, sed vt dixi, de hoc non inuenio expressum praecceptum, sed consiliū: solum potest quoad hanc partem superesse quaestio de praemittenda recitatione diuini officij, quam statim tractabimus. Rursus ex eodem principio, quod Sacerdos sacrificaturus, communicaturus etiam est, quod ad corpus pertinet, necesse est vt ieiunus accedat, in quo seruanda sunt, quae superius de communione annotauimus, & quae addidimus, disput. 80. quod Sacerdos bis sacrificaturus eodem die, non debet etiam calicis purificationem accipere in priori Missa: nihil enim aliud speciale hic occurrit addendum, quia neq; maius, neq; minus ieiunū, requiritur ad sacrificandū quam ad simpliciter cōmunicandū, neq; specialis aliqua poena ipso iure imposita est Sacerdoti non ieiunato sacrificanti, quamuis deponi interdū, vel excōmunicari praecipiat, in Conc. Brac. II. can. 10. Tolet. VIII. can. 2. cap. Nihil, 7. q. 1. Deinde necessaria est ea dispositio corporis, quae excludat omnem periculum irreuerentiae, vt relinquendi inchoa-

S. Germ.

Innocent.

Conc. Brac.
Concil. To-
let. V II.

tum sacrificium, & ideo in cap. Communiter, 14. dist. & 2. q. 7. per totam excluduntur ab hoc munere sacrificandi omnes illi, qui caducum morbum, aut capitis vertiginem, aut similem egritudinem patiuntur, & idem est de eo, qui patitur periculum vomitū, aut aliquid huiusmodi, quia tūc iniuria fieret tanto mysterio, cum tali dispositione sacrificando. Vnde in illis iuribus cauetur, vt qui tali morbo caduco laborant, non solum, vt prius curēt, sed etiam, vt, postquam conualuerint, prius, quam ad altare accedant, per annum probentur. Quod seruata proportione, in alijs egritudinibus obseruandum est, in quibus tale periculum intercedit, vbi vero nullum periculum est, sed horror quidam, vt in lepra & similibus, non omnino prohibetur hoc ministerium, sed solum, vt non publice, sed occulte fiat, vt supra diximus, de cōmunionem agentes. Quocirca necessarium etiam est, vt decens munditia corporalis adhibeatur, quantum recta ratio dicit, & ideo iuxta Missalis regulas Sacerdos celebraturus manus corporaliter lauat, nam licet id etiam fiat in significationem spiritualis munditiae quam habere debet, vt notat Innocentius, l. 1. de hoc myst. cap. 46. tamen hoc etiam fit propter ipsam corporalem munditiam, & omitti facile non debet, quamuis non videatur illa sufficiens materia rigorosi praeccepti. Igitur nulla alia corporalis dispositio necessaria est, praeter eam, quae in sacris vestibus posita est: de quibus erit altera pars huius disputationis.

SECTIO I.

Verum teneatur Sacerdos praemittere diuinum officium ante Missam.

In hac dubitatione est sententia valde communis, esse peccatum mortale dicere Missam ante recitationem saltem matutini officij. Ita tenet Veruencensis à Syluest. citatus, tribuitur etiam Palud. in 4. dist. 13. q. 2. art. 2. concl. 2. vbi solum dicit, non debere Missam dici, nisi post dictum matutinum, idem vero inferius subdit de Prima, quod est signum ipsum non intellexisse, hanc esse obligationem sub peccato mortali. Clarius tenuit hoc Antonin. 3. part. titulo 13. cap. 4. §. 1. Gabriel, lectione 13. in Can. Angel. verb. Missa, nu. 42. & Armilla, verbo, Hora canonica, num. 18. & Summistae frequentius his verbis. Idem tenet Naua. lib. de Oratione, c. 3. n. 70. vbi potius videtur dicere, contrarium in rigore iuris esse verum. Quasi non auderem (inquit) id consilium, neq; facere sine graui causa. In capite autē 21. nu. 30. illud dictum declarat de hora prima: de Matutina autē dicit, se sequi opinionem communionem, limitando illam, ne procedat, quando aliqua iusta causa id fieret. Eandem opinionem tenet Marcel. referens plures Canonistas, lib. de horis canonicis, c. 42. fundatur hi authores in consuetudine Ecclesiae, quam satis ostendunt tot graues authores, & ex vfu constat. Certum est autē consuetudinem habere vim legis, & consequenter in re graui obligare sub mortali: quod autē talis sit haec res, de qua agimus probatur, quia grauitas matutini iudicio prudentū pensanda est, sed communiter sapientes in hac materia iudicat, rem hanc esse grauem. Item, quia ex institutione Ecclesiae, matutinum est officij nocturnum: Missa vero diuinum: ergo inuentione huius ordinis ex se est culpabilis, & contra rationem: ergo adiuncta consuetudine Ecclesiae, erit grauis transgressio. Accedit, quod in Missali Romano prius traditur regula, vt Missa dicatur matutino saltem ab soluto, & postea inter defectus Missae numeratur, si celebrans non dicit matutinum cum Laudibus, non videtur autem ibi numerari, nisi graues defectus.

Secunda sententia est, esse quidem obligationem aliquam praemittendi Matutinum ante Missam, quoad commune potest, & nulla est rationabilis causa inuertiendi hunc ordinem, nihilominus tamen, si id fiat,

fiat, etiam sine legitima causa non esse peccatum mortale, sed veniale, quia nullum est sufficiens fundamentum ad asserendum, in ea transgressione, aut inuersione ordinis esse maiorem grauitatem, quia neque de precepto satis constat, neque res est adeo grauis. Vnde, si ex aliqua rationabili causa id fiat, iuxta hanc opinionem nulla erit culpa, etiam venialis: erit autem sufficiens causa, si instat hora dicendi Missam, & populus, vel aliqua persona grauis expectat, vel commodum tempus ad Missam dicendam elabitur, vel alia similis. Ita tenet Soto, libr. 10. de iustit. quaest. 5. articulo 4. & in 4. distinct. 13. quaest. 2. artic. 2. & in idem inclinatur Syluester, verb. Missa 1. q. 6. quamuis subdubitan: antiquiores vero de hoc nihil dicunt: in eo autem huic sententiae fauent, quod agentes de obligationibus Sacerdotum, & de peccatis, quae in celebratione Missae committi possunt, nunquam huius meminerunt.

S. 10.
Syluest.

2. Responso.

Vt veritatem explicem, distinguamus, inter priuatam officij recitationem, quae secreto & particulari persona quae Missam dictura est, vel priuatam vel solemnem, & publicam recitationem officij, quae fit in choro ante Missam solemnem.

Dico primo; Nullum est praecipuum obligans sub peccato mortali singulos Sacerdotes ad recitandum Matutinum prius, quam sacrificium Missae offerant, siue priuatim, siue solemnitus Missam cantando. Probatur, quia certum est, tale praecipuum, neque ad Christum, neque ab Ecclesia, esse vnquam expresse traditum. Quod vero nec consuetudine sit introductum, ita declaratur: nam tribus modis possumus hos duos actus considerare; Primo, quatenus vnusquisque eorum postulat certum ac definitum tempus, vt recte fiat: fieri enim potest, vt ad dicendam Missam ante Matutinum, vel illa nimium anteponatur, vel hoc nimis postponatur, & inde aliqua culpa contrahatur. Sed haec consideratio nihil ad praesentem considerationem refert, quia, si aliquod peccatum in hoc interuenit, est valde per accidens ad inuersionem eius ordinis de quo agimus: nam, si Sacerdos peccat, notu Missam inchoando, solum propter anticipationem, nihil minus peccabit, siue dixerit Matutinum, siue non. Addo, ex hoc praecipuo titulo, nunquam peccari mortaliter, si vtrique actio intra legitimum tempus fiat, id est, si Missa a summo mane vsque ad meridiem, Matutinum vero ante lapsum totum naturalem die, pro quo currit obligatio, dicatur. Secundo possunt illae duae actiones considerari, ita, vt vna sit, veluti dispositio, & veluti praeparatio ad aliam, scilicet, recitatio matutini ad Missam, & quidem, si sub hac ratione esset latum praecipuum, materia eius esset factis grauis, & transgressio eius per se esset peccatum mortale: nam hac ratione est peccatum mortale dicere Missam, non seruato ieiunio, quia illa observatio praecipua esset tanquam grauis quaedam dispositio, & similiter est peccatum mortale, dicere Missam sine vestibus sacris, quia hoc etiam praecipuum est ad corporis conueniens ornamentum, seu dispositionem: ergo si recitatio matutini esset praecipua, vt dispositio praecipua, esset sine dubio materia grauis eius transgressio. Nullo autem sufficiente, imo nec probabili fundamento ostendi potest, hoc esse sub hac ratione praecipuum, neque authores supra citati ita praecipuum hoc explicant, quia nec ex sola consuetudine id sumi potest, sed ad summum, solere talem ordinem inter duas illas actiones seruari, quod potest fieri sine eo, quod vna earum intelligatur esse dispositio ad alteram, sicut inter ipsas horas canonicas vna prius est dicenda, quam alia, non quia sit dispositio ad illam, sed ratione ordinis. Et quidem Nauarrus supra dicit, recitationem Matutinae & Primae disponere hominem ad Missam deuotius & reuerentius dicendam, & in ultimo loco ait, Ecclesiam, dum ad Missam maiorem attentionem & praeparationem requirit: quam ad aliud Ecclesiasticum officium, per

Fr. Suarez Tom. 3.

hoc satis significare, vt hora, saltem nocturna, sint quaedam praeparatio ad Missam, quia nullam aliam praeparationem praerit Ecclesia faciendam. Sed hoc leue indicium est ad praecipuum sub hac ratione constitutum, quia, licet demus, hanc recitationem per se conducere ad maiorem deuotionem, tamen Ecclesia non praecipit, quidquid ad dicendam Missam cum maiori deuotione potest conducere, neque hanc praeparationem vnquam specialiter designauit: nam licet in Missali de hoc admoneantur Sacerdotes, tamen ibi nullum est verbum praecipuum: & ex modo, quo illa regula proponitur, constat, nihil ibi nouum statui, sed solum declarari, & proponi, quod fieri solet, & expedit: imo ibidem clarius admoneantur Sacerdotes, vt prius aliquantulum vacent orationi, & tamen illud non intelligitur esse praecipuum, sed consilium. Tandem recitatio diuini officij per se non est instituta, vt sit dispositio, vel praeparatio ad Missam, sed propter se recipitur ad publicam orationem in Ecclesia faciendam: non est ergo, cur sine maiori fundamento dicamus, esse sub hac ratione praecipuum, quia, licet aliquid ad hoc conferat, tamen aliis etiam modis potest animus conuenienter praeparari. Et confirmatur tandem; nam, si haec recitatio esset praecipua, vt necessaria dispositio, non liceret, ob solam aegritudinem, vel aliam similem ordinariam causam, dicere Missam sine tali praeparatione: sicut non licet dicere, non seruato ieiunio, etiam si quis ob aegritudinem non possit ieiunare ad Missam accedere. Est autem certum apud omnes, quod, si quis ob capitis debilitatem, vel similem causam, ab obligatione recitandi officium excusetur, nihilominus posse Missam dicere: ergo, &c. Tertio modo possunt illae duae actiones considerari, solum quoad ordinem, id est, quod oporteat in ordine & successione temporis vnam aliam praecedere, non solum ob causalitatem, sed ex praecisa ratione ordinis, sicut ordinantur horae canonicae inter se. Et neque sub hac ratione interuenit hic tale praecipuum. Primo quidem, quia nulla potest hic ostendi consuetudo, quae vim praecipui habeat, nam, vt consuetudo inducat praecipuum, non solum est considerandum, quid fiat, sed etiam, qua ratione vel animo fiat: in praesenti ergo verum est, regulariter solere dici Matutinum ante Missam, tamen hoc non fit, vt seruetur ordo inter illa duo, sed vt singula suis temporibus accommodare fiant: ex quo per accidens consequitur, vt frequentius Matutinum dicatur ante Missam; ex hac ergo consuetudine non potest colligi, ordinem ipsum esse praecipuum, cum non fuerit per se intentus. Quod autem consuetudo haec talis sit, patet primo ex ipsa rei natura, supposita institutione, quia vnum officium nocturnum est, aliud diurnum. Secundo, quia, vt Soto ait, diuinum officium non habet ordinem per se cum sacrificio Missae, neque ex illo principio constare potest, consuetudinem eo animo esse introductam, vt ille iam ordo sit per se. Tertio, quia consuetudo sub ea apprehensione & ratione non est recepta: nam plures viri docti, & timorati illam negant sub tali ratione, vt Syluester etiam notauit, quapropter non sufficit plurimum Doctorum autoritas ad talem consuetudinem sub tali ratione persuadendam, quia neque ab eis sufficienter probata est, neque etiam modus eius satis videtur ab illis perspectus, & examinatus. Quare hic vti possumus testimonio eiusdem Nauarri, in capit. Placuit, distinctio. 6. numero 186. dicentis, non esse credendum multis autoribus, asserentibus, aliquam consuetudinem, nisi ab eis probetur. Secundo licet daremus, illam consuetudinem esse introductam directe ratione ordinis, nihilominus eius transgressio per se non esset peccatum mortale, quia ordo ille non est res magni momenti, neque enim ad cultum Dei multum spectat, neque ad reuerentiam sacramenti, neque ad aliquem alium grauem finem, qui ad Dei,

Rrrr

vel

vel proximi charitatem pertineat. Praesertim, cum solum agamus de officio & sacrificio priuatum factis, ex quorum mutatione quoad ordinem per se non sequitur scandalum, neque aliud graue incommodum. Nam quod Nauarrus ait, hanc opinionem praebere occasionem valde indeuote & indecentur recitandi Matutinum inter diu, etiam post prandium & meridiem, hoc, inquam, non ita est, nam opinio haec nullam praebet huiusmodi occasionem, si autem aliquis ex malicia sua illam sumat, erit scandalum passivum, non actiuum, alias idem dici posset de caeteris horis, quae Matutino tempore dicenda sunt. Adde, illam etiam serotinam recitationem Matutini, secluso contemptu non esse peccatum mortale, ergo multo minus transgressio huius ordinis erit peccatum mortale propter illam occasionem. Tandem magis per se est ordo praescriptus inter Matutinum & caeteras horas canonicas, quam inter Matutinum & Missam, sed recitare alias horas ante Matutinum, non est peccatum mortale ex obiecto, vt omnes docent, quia illa inuertio praecise sumpta est materia leuis. Maior patet, quia horae canonicae sunt eiusdem rationis, & componunt vnum officium inter se, non autem cum Missa.

1. Consecta. Ex his vero duabus vltimis rationibus sequitur, si admittamus consuetudinem sub hac posteriori ratione, esse peccatum veniale, illam transgredi sine legitima causa; Si vero eam negamus sub praedicta ratione, vt mihi quidem probabilius videtur, dicendum consequenter est, ex vi talis ordinis, aut immutationis eius, nec peccatum veniale esse, dicere Missam ante Matutinum etiam sine legitima causa, quia in hoc, neque contra, neque praeter praecceptum fit, ex hoc praecise capite: aliunde vero non excusabitur quis a culpa veniali, quia, scilicet, irrationabiliter, & sine causa nimium postponit Matutinum officium.

2. Consecta. Secundo sequitur, multo certius esse, si ex rationabili causa hoc fiat, nullum esse peccatum, etiam veniale, vt fere omnes docent, etiam auctores primae opinionis, quamuis fortasse illi grauiorem causam requirerent: ego vero existimo mediocrem sufficere, illam scilicet, quae satis esset ad differendam Matutini recitationem toto illo tempore absque culpa veniali, vel aliam similem, vt supra exemplis insinuatum est. Et confirmatur, nam etiam inuertere ordinem inter illas horas canonicas, si ex aliqua causa rationabili fiat, excusatur etiam a veniali culpa. Tandem interdum dici potest Missa non dicto Matutino, ex causa, quae excuset ab illo dicendo, non solum ante, sed etiam post Missam: ergo multo magis poterit hoc excusare moralis impotentia dicendi illud ante Missam, quamuis postea dicendum sit. Vnde infero tertio, licet contingat, male fecisse sacerdotem, nimirum differendo Matutinum officium, tamen, si post illam negligentiam occurreret occasio dicendi Missam, nec possit commode expectare, donec Matutinum recitet, tunc sine noua culpa, possit dicere Missam prius & postea recitare Matutinum: quia iam tunc sufficiens causa ad illam maiorem dilationem est, ne amittat opportunitatem dicendi Missam. Quarto colligitur, multo minus peccare Sacerdotem, si celebret, non dicta Prima, quod quidem de peccato mortali non est dubium, vt docent etiam Syluest. Soto & Nauar. d. c. 25. n. 79. quamuis nonnulli Summissa videantur contrarium docere: vt Nauar. aliis locis refert, sed sine fundamento, vt a fortiori patet ex dictis. De peccato autem veniali aliqui dubitant, sed nihil est, quod timeatur per se loquendo, id est, si diuinum officium suo tempore persoluatur, quia de alio ordine nullum est praecceptum, nec consuetudo, neque est res tanti momenti. Vltimo infero, si e contrario totum officium, etiam Completorium, recitetur, & Missa postea dicantur, per se loquendo nullum esse peccatum, id est, si alias

Quarta.

*Syluest.
Soto.
Nauar.*

Vltimo.

ditinum officium ex legitima causa auteponatur, quia, hoc stare, in reliquo nulla est indecentia vel irreuerentia, quod postea fiat sacrificium. Nec refert, quod iuxta communem consuetudinem non soleat ita fieri: quia haec consuetudo non est per se propter ordinem, sed quia aliunde, quasi ex natura rei, consequitur, vt moraliter & frequenter ita fiat, & hoc bene declarat: quod de priori consuetudine prius dicebamus.

Vltimo dicendum est, si loquamur de publica recitatione, seu cantu diuini officij in choro, etiam hoc modo non habere per se ordinem cum Missa: nihilominus tamen regulariter non posse publicam & solemnem dici Missam diei ante recitatum in choro Matutinum: imo neque ante Primam, sine graui culpa. Prior pars constat ex dictis, quia officium Missae est officium distinctum ab horis Canonicis, tam in choro, quam extra chorum, & tam in Missa & officio solemni, quam in priuatis. Ergo nulla est ratio, cur ordo per se requiratur inter ipsa. Altera pars probatur, quia in hoc officio publico, multo magis necessarium est, vt horae canonicae dicantur suis definitis temporibus, quae notabiliter postponere, vel anteponere contra receptam Ecclesiae consuetudinem graue peccatum est, nisi aliqua rationabilis causa excusetur, quia ad commune bonum, & bonum regimen Ecclesiae spectat, vt hic publicus cultus Dei, statutis temporibus & debito ordine fiat, idemque in superioribus dixi de solemni & publica diei Missa; Si autem Missa dicatur ante Matutinum in hoc publico officio, non posset non immutari notabiliter hic ordo & tempus praescriptum ad Missam, vel Matutinum: ergo ex hac parte esset culpa grauis, & ita sentium communiter auctores, & sine dubio generaret graue scandalum, si aliter fieret, quod est signum, hanc existimari communiter rem grauem. Sed intelligendum hoc est de his Ecclesiis, in quibus est obligatio, & recepta consuetudo dicendi in choro publicum officium: nam, ubi non est talis obligatio, nihil vetat dicere Missam solemnem absque prauiua recitatione officij in choro; quia, vt dixi, inter haec non est ordo per se, & ideo, cessante vnus obligatione, potest alium mittere officium suo tempore fieri. De his etiam Ecclesiis, in quibus est haec obligatio, hoc intelligendum est, regulariter, ac moraliter, in aliquo enim raro casu posset id fieri sine culpa, duabus seruat conditionibus: scilicet, quod videtur scandalum, vel aliqua grauis & publica causa intercedat.

SECTIO II.

Vtrum conuenienter sit in Ecclesia institutum, vt Sacerdos ad hoc sacrificium offerendum vestibus sacris induatur.

Heretici, dicti VValdenses seu Pauperes de Heretica Lugduno, quos noui heretici imitati sunt, vltimum quatuordecim sacrorum vestimentorum reiciunt, cum quia Christus vestitus Dominus absque vestimentorum apparatu, sed in sua communibus vestibus vtiens, hoc sacrificium instituit & obtulit; tum etiam, quia omnes Ecclesiae benedictiones, vel consecrationes putant esse superfluas, & nullius momenti, aut efficaciae. Quidam vero eorum, quamuis dicant, harum vestium vltimum esse malum, dicunt tamen esse indifferenter, neque potuisse ab Ecclesia institui seu praecipui, vt necessarium ad recte & sine peccato hoc minus exercendum: de quo dicemus seorsum sequente.

Dicendum ergo primo, potuisse Ecclesiam institui, vt conuenienter vestes, quibus Sacerdotes vtantur in sacris ministerijs, distinctas ab illis, quibus communiter induuntur, quibusque vt non liceat extra sacrum ministerium, conuenienter fecisse Ecclesiam, vtendo hac potestate. Vtrumque horum probatur primo ex antiquissimo vsu Ecclesiae, caput enim horum vestimentorum vltimum fere a temporibus Apo-

A. ac P. 24
Stephan. 1. Apostolorum. Nam Anac. Pap. successor Clem. & III. vel V. à Petro. harum vestium mentionem facit in epi. 1. decre. Episcopus (inquit) ministros secum habebat sacris indutos vestimentis: Stephan. autem I. epi. 1. sic scribit. Vestimenta Ecclesiastica, quib. Domino ministratur, cultusq. diuini omni cum honorificentia, & honestate à Sacerdotibus reliquisq. Ecclesie ministris, celebratur, & sacra debent esse & honesta, quib. aliis in vibus cum Deo eiusq. seruitio consecrata & dedicata sunt, nemo debet frui, q. in Ecclesiasticis, & Deo dignis officiis, que neq. ab aliis debent contingi, nisi à sacrat. hominibus, & habetur in c. Vestimenta, de Consec. d. 1. & eiusdem decreti meminit Damasus in Pontificali, c. 24. & omnes antiqui auctores, qui de rebus Ecclesiasticis scribunt, referunt etiam Beda, li. 1. hist. ca. 29. & Ioan. Diaconus, lib. 2. Vitæ Gregorij, cap. 57. Greg. Papam inter alia donauit in Angliam vestimenta Sacerdotalia & clericalia: & idem Beda ibidem refert Carolum Magnum Ecclesias ornasse vasis ac vestibus sacris, ita vt neq. laicorum liceret communi habitu in Ecclesia ministrare: & Theodor. lib. 2. hist. cap. 27. meminit cuiusdam vestis sacre, quam Constant. Machario Episcopo misit. Hieron. etiam lib. 1. cont. Pelag. scribit, Episcopos, presbyteros, & omnem Clerum in sacrificij administratione candidis vestibus vti solere, & epist. 3. ad Heliodor. refert Nepotianum morti vicinum auunculo dixisse: Hanc tunicam, qua vtebar in ministerio Christi, mihi te dilectissimo mihi atate Patri, fratri, collega, &c. Vbi Marian. Victorius, vestem illam casulam vel planetâ fuisse, interpretatur. Idem Hier. in c. 54. Ezech. Religio (inquit) diuina alterum habitum habet in ministerio, alterum in vsu vitæ communi. Similiter Chryl. ho. 33. in Matt. vestium sacrarum mentionem facit, & in Liturgia ponit orationes, quas dicit Sacerdos, cum sacras vestes induit. Deniq. in Conc. Later. sub. Innoc. III. c. 9. & habetur in c. 2. de Custodia Eucharistia, dicuntur hæc vestimenta, sacra: & nitida, ac munda conseruari præcipiuntur. Et Con. Trid. sess. 22. c. 5. harum vestium vsus probatur, & natura hominum conformis esse dicitur. Secundo potest hæc veritas confirmari exemplo veteris testamti, in quo Deus propria & sancta vestimenta instituit, quib. Sacerdotes & ministri Dei in templo, & sacrificijs Domini vterentur, vt constat, Exod. 28. ergo multo magis (vt recte colligit Iuo Carnotensis, ep. 124.) in lege noua oportuit Sacerdotes vti sacris vestimentis ad diuinum cultum & ministerium, & præsertim ad consecrandum corpus & sanguinem Domini. Quin potius vestimenta illa vetera fuisse typos & figuras nostrorum Sacerdotalium vestimentorum, declarat late graues & antiqui auctores, qui de eis scribunt, vt statim referemus. Est autem differentia inter veterem & nouam legem, quia in illa, sicut Deus ipse immediate instituit ritus omnes, & speciales ceremonias, ita etiam singula vestimenta sacerdotalia ipse præscripsit: in noua autem lege, que est lex libertatis, & spiritus, per se solum instituit ea, que sunt de substantia sacrificij & sacramentorum, potestatem vero instituendi, & determinandi reliqua, Ecclesie commisit: illi ergo data est potestas instituendi, seu designandi huiusmodi vestimenta, que cum non sint frustra data, sed in Ecclesie ædificationem, conuenientissimum fuit vsus eius, quem in Ecclesia esse conspiciamus. Et confirmari etiam hoc potest ex vsu omnium gentium: nam eo modo, quo templa & sacrificia habuere, vestib. etiam peculiarib. & suo modo sacris, seu religiosis, ad id muneris vtebantur, vt licet colligere ex Plinio, l. 19. c. 1. & ex illo Virgilij, lib. 12. Aeneidos. Puraq. in veste Sacerdos. Tertio accedit naturalis, seu literalis ratio, que Exo. 28. insinuat illis verbis: Faciesq. vestem sacram Aaron fratri tuo in gloriam & decorem: Per tunc n. ad splendorem & decorem cuiusvis sacri ministerij, & præsertim tanti sacrificij, vt non fiat tantum vest. vulgari & communi, Fr. Suarez. Tom. 3.

sed vt ipso exteriori apparatu, & sacris indumentis, indicetur, actione illam non esse communem & vulgarem, sed sacram. Etenim, si abq. sacris indumentis, communi modo & vulgari fieret, vileceret quodammodo, præsertim apud homines rudes & sensibiles, q. nõ facile distinguunt pretiosum à vili: igitur ad decorem, & debitum honorem huius sacrificij conueniens fuit hæc institutio. Quarto accedit etiam ratio mystica: nam hæc sacra indumenta non tantum ad ornatum, sed etiam ad significationem instituta sunt, quæ interdum moralis est. Sunt enim hæc ornamenta (ait Iuo Carnotensis, ser. de reb. Eccl.) virtutum insignia, quib. tanquam scripturis, vtentes admonentur, quid debeant appetere, quid vitare, & In hoc lib. 1. de hoc hoc myst. c. 64. ista (inquit) sunt arma, quæ Pontifex debet induere cõtra spirituales nequitas pugnatur. Et infra: Attendat ergo Sacerdos studiose, vt signum sine significato non ferat, & vestem sine virtute non portet, &c. Ac deniq. Hier. dicit ca. 44. Ezech. ait, his vestibus significari; debere Sacerdotes munda conscientia, & virtutum vestibus ornata. Domini sacramenta tractare. Interdum vero hæc significatio est mystica, tropologica, verbi gratia, alba vestis significat illam, qua Herodes Christum illustrat, &c.

Dico secundo, vsu horum vestimentorum, prout de facto est in Ecclesia esse conuenientissimum, ac decentissimum. Vt hoc declarem, supponendum est primo, sex esse vestes præcipuas, pro Sacerdotibus sacrificantibus institutas, scilicet, Amictum, Albam, Cingulum, Manipulum, Stolum seu Orarium, & Casulam seu Planetam, quæ omnes numerantur in Conc. Rhem. cap. 4. apud Burch. lib. 2. cap. 50. Ex quibus omnibus recte compositis resultat grauis quidam ac decens ornatus Sacerdotis ad sacrificandum accedentis, quod in huiusmodi vestimentis primum omnium considerari debuit: nam hoc est veluti primum fundamentum & literalis ratio horum indumentorum. Sed ultra hoc habent hæc omnia optimas & sacras significationes, tum in ordine ad mores, tum in ordine ad Christi passionem, quas late exponunt Innocentius tertius, lib. 1. de hoc mysterio. Rupertus lib. 1. de diuin. offi. a cap. 18. Alcuin. lib. de diuin. offi. cap. de vest. sacris. Hugo de S. Viç. libro 2. de sacram. p. 4. & alij. Ex quibus, quæ ad mores pertinent, illa videntur esse propria, quæ in orationibus illis indicantur, quas Ecclesia dicendas instituit à Sacerdote, quando singulis vestibus prædictis induitur. Primum ergo indumentum est (Amictus) cuius meminit etiam Innocentius III. in epistola decretali ad Patriarcham Constant. per quem significatur fiducia seu spes, qua debet Sacerdos accedere ad offerendum Deo tantum sacrificium. Vnde orat: Impone Domine capiti meo galeam salutis, &c. Galea enim salutis metaphorice spem significat, vt ex Paulo sumitur ad Eph. 6. & clarius 1. ad Thesal. 5. Induti lorica fidei & charitatis, & galeam salutis: sub spe autem fides subintelligitur, quia ipsa est spectandarum substantia rerum: Addit etiam Hugo Viç. lib. 2. de sacram. part. 4. quia amictus per humeros ponitur, operum fortitudinem signari. (Alba) de qua mentio etiam fit in dict. ep. Innoc. III. & in Con. Carth. c. 41. munditiam cordis, atque adeo totam hominis iustitiam indicat, & ideo orat Sacerdos: Dealba me Domine, & munda cor meum, &c. Ac propterea etiam totum hominem vestit, & vsque ad talos extenditur, in quo perseverantia etiam vsq. ad nem significari dicitur, vt Alcuin. & alij supra citati notant. (Cingulum) carnis continentiam & castitatem indicat: cingit enim lumbos, stringit & mortificat, vt ait Hier. Psal. 132. vnde in oratione ait Sacerdos. Præcinge me Domine cingulo puritatis, &c. vide Innoc. lib. 1. c. 15. Circa lumbos debet accingi, vt restringat concupiscentiam, iuxta id quod Veritas ait, sine lumbi vestri præcincti. Addit et Alcuin. per cingulum, quo Alba restringitur, ne supra pedes defluat, & gressum impediatur, Rrrr 2 signi-

Minus.

Virgilium.

Iuo Carnotensis.

Conc. Later.

Conc. Trid.

Chryl. ho. 33.

Conc. Later.

Conc. Trid.

Chryl. ho. 33.

Conc. Later.

Conc. Trid.

Chryl. ho. 33.

Conc. Later.

Conc. Trid.

Quarto.

Iuo Carnotensis.

Innocent.

Hieron.

2. Conclusio: Sacerdotium sacrificantium vestes præcipue sex sunt. Con. Rhem.

Innoc. III. Rupert. Alcuin. Hugo de S. Viç.

Hugo Viç.

Innocent III. Con. Carth.

Alcuin.

significari prudentiam & discretionem, sine qua, quæ, videntur esse virtutes, facile in vicia transeunt (Manipulum) cordis cõpunctionem, veramq; penitentiam indicat, q; Sacerdos ad altare deferre debet, unde orat: Merear Domine portare manipulum fletus & doloris, &c. Quod recte declarari potest ex eo, quod Beda in Martyrol. 14. Kalend. Augusti, refert S. Arsenium propter copiam & affluentiam lacrymarum, quas per petuo effundebat mappulam, seu sudarium semper ad manum habuisse, quo fletum abstergeret: hanc ergo mappulam significat Manipulum, q; in sinistro brachio collocatur, vt dextera manus expedita sit ad reliquas actiones præstandas. Vnde Stephan. Heduen. lib. de sacra. altar. c. 10. Mappula qua solent ficari stillicia oculorum, excitat nos ad vigilandũ: A ddit Amal. lib. 2. de Eccl. offic. c. 24. In manu sinistra portari, vt ostendatur in temporalis vita tadium nos pati superflui amoris & carnalis delectationis, & esse veluti sudarium, quo detergamus fordes, &c. Stola in antiquis Patribus & Conc. (Orarium) appellatur, vt patet ex Conc. Brach. l. c. 27. vbi Diaconi præcipiuntur deferre Orarium super scapulas, & in Concil. Brach. III. can. 3. dicitur. Sacerdotem vtroq; humero Orario ambiiri: vt, qui imperturbatus præcipitur, cõsistere inter prospera & diuersa virtutum semper ornamento vtrobiq; circumseptus appareat: & infra præcipitur Sacerdoti: vt sacrificium oblaturus, aut sacramentum corporis & sanguinis Dñi nostri Iesu Christi sumpturus, non aliter accedat, quã Orario vtroq; humero circumseptus: ita vt de vno eodemq; Orario ceruicem pariter & vtrumq; humerum premens, signũ in suo pectore præparet crucis. Et in Con. Laod. c. 22. & 23. & habetur in c. Non oportet. d. 13. prohibetur Subdiaconi Orario vti: solum n. diaconis conceditur: de quib. dicitur Con. Tolet. IV. c. 39. Vnum Orarium oportet Leuitam gestare in sinistro humero, propter quod orat. i. prædicat: dexteram autem partem oportet habere liberam, vt expedit? ad ministeriũ Sacerdotale discurrat. Vnde Alcuin. supra, & Rab. li. 1. de institut. Clericorum, c. 19. putat Orarium esse dictum quod Oratoribus, seu prædicatoribus Euangelij concedatur. In Conc. item Aurel. can. 22. prohibentur Monachi habere in monasterio Orarium: q; uis Glossã in c. Monacho 27. q. 1. per Orarium ibi mulierum ornamentum significari, dicit: nescio tamen quo fundamento: nullo n. alio loco illa significatio reperitur, & recte intelligi pot. prohiberi Monachis vsum Orarij in suis domibus, sc. extra sacra ministeria. Solum ob stare potest: quia in c. Vt Presbyt. 17. q. 4. ex Con. Tribur. præcipitur Presbyteris, vt nunquam incedant, nisi stola, aut Orario induti. Sed ibi non videtur Orarium sumi pro sacra stola, de qua nunc agimus, sed pro Sacerdotali veste honesta & talari, vt sumitur etiam in Conc. Magun. sub Carolo, cap. 28. vbi monentur Presbyteri vt line intermissione vtantur Orariis propter differentiam Sacerdotij dignitatis. Et eodem modo in capite 27. Trul. & habetur in capite, Nullus 21. quaest. 4. Clerici ad monentur, vt stolis induti incedant. Itaque stola sacra, de qua nunc agimus proprie significat suauem iugum Christi. Vnde in ordinatione Sacerdotis, cum ei stola imponitur, dicitur (Accipe iugum Domini,) & quia per obedientiã ad Christum restituendus est homo in eum statum, quem per inobedienciã amisit, ideo Sacerdos, quando sibi stolam imponit, orat: Redde mihi Domine stolam immortalitatis, quam perdidisti, &c.

Vltimum indumentum est Casula, seu Planeta, quæ ex omnium sententia charitatem significat, quæ cunctis virtutibus supereminet, easque protegit, & illustrat, & quia vndique integra est, vnitatem fidei designat, ait Innocent. libr. 1. de myst. Miss. cap. 58. & Rupert. lib. 1. de diuinis Officiis, c. 22. Tamen vt constat ex oratione, quæ dicitur cum Casula induitur, et illa iugum Domini significat, sic enim orat Sacerdos: Domine, qui dixisti Apostolis tuis, iugum meum

suauem est, & onus meum leue, fac, vt istud portare tibi valeam, q; tuam gratiam consequar. Sed diuersa fortasse ratione: nam stola significat iugum Christi, Planeta iugum amoris, illa patientiam & fortitudinem, quæ ad iugum illud ferendum necessaria est: hæc vero suauitatem, & dulcedinem iugi huius, quæ ex charitate prouenit, significat: & hæc de morali significatione. Si ad Christum Dominum hæc referantur, Amictus significat censuram, vel linteam illud, quo Iudæi Christi faciem velabant, dicentes: Prophetiza quis est, qui te percussit: vt putat Gab. lect. 11. in Can. vel certe significat ipsam Christi humanitatem, qua diuinitas velata est, sicut caput Sacerdotis Amictu regitur, vt ait Bonauentura in expositione mysterium Missæ, Rupertus, & Innocent. supra. Alba dicitur significare diuinitatis splendorem à S. German. in Theor. rerum Ecclesiastic. vel gloriam Dominice resurrectionis à Stephano Heduen. loco citato, vel certe vestem albam, qua Herodes Christum illuuit, vt ait Gab. supra, & Durand. in Rational. lib. 5. cap. 3. Cingulum (ait German. supra) est ad indicandum decorem ac fortitudinem, quam Christus Dominus in seuitis, & præcinctus se. Alij vero dicunt, significare funes, seu vincula, quibus CHRISTVS in hortu primum ligatus est, vel certe flagella, quæ Christi corpus ambierunt. Manipulus (ait Bonauent. supra) significat humanitatem Christi in hac vita, vel pugnam eius pro iustitia. Stola obedientiam representat, qua Christus crucem sustinuit, vt aiunt Rupert. Innocentius & alij supra, vel, vt Bonau. ait, designat Christi passionem, quam debet Sacerdos in pectore & corde semper ferre. Casula apud sanctum Germ. supra indicat vestem cocineam seu purpuream, qua Christus ob militum irrisionem indutus est, vel, vt alij volunt, designat tunicam Christi inconfutilem, qua Christus exutus est, vt crucifigeretur: nam etiam extensio manuum Sacerdotis extra Casulam, extensionem Christi in Cruce denotare dicitur. Hæc ergo & multa alia mysteria in prædictis vestimentis declarant auctoritas citati, ex quibus satis constat, institutionem hæc religiofam esse: & huic sacro mysterio valde conuenientem. Dixi hæc sex indumenta esse præcipua & propria huius mysterij, de quo nunc agimus: nam præter hæc sunt in Ecclesia alia vestes sacra, quæ vel non sunt propriæ Sacerdotum, vel non sunt ad sacrificium peragendum necessaria, vt sunt superpellicium, quod inter vestimenta sacra numerari potest: quia licet non benedicatur, tamen ad munera clericalia deputatum est, & sacram significationem habere potest: indicat enim vitam innocentiam & puritatem, eo tamen omnes clerici ad sacra ministeria vti possunt: ad sacrificandum vero necessarium non est, quamuis si commode indui potest ante festos vestes supra numeratas congruum sit ita fieri, vt in Missali admonetur. Aliud indumentum est Dalmatica, cuius vsum antiquissimus est in Ecclesia: nam, vt supra visum est à temporibus Eutyriani mentio illius reperitur. Et Cyprian. vt in eius gestis refertur, martyrium subiturus Dalmatica se expoliavit, vt August. in lib. qu. veteris & noui testamenti q. 46. dicit, Leuitas vti solere Dalmaticis: quod à temporibus Sylyestri in initium sumpsit, vt ex gestis eius constat, & ex Conc. Rom. sub Sylyest. can. 6. prius enim Episcopi tantum Dalmaticis vtiebantur: imo aliquando id etiam Episcopi non licuit absque summi Pontificis licentia, vt colligere licet ex Gregorio, li. 7. epit. 11. nunc autem illis tam Diaconi, quam Subdiaconi vtuntur. Ad Missam autem dicendam soli Episcopi interdum eis vtuntur sub Casula in solemnibus Pontificali Missis, qui etiam vtuntur sandaliis, chirothecis, anulis, mitra, baculo, & aliis insignibus, quæ ad nostrum institutum nunc non spectant: de illisq; latissime tractat Durand. lib. 2. de ritib. Eccl. cap. 9. ex quo nonnulla ex his, quæ diximus, mutuari sumus.

Secundo est obseruandum circa materiam horum vestimentorum

Beda.

Con. Brac.

Conc. Tolet.

Con. Aurel.

Conc. Trib.

Conc. Mag.

Iugum Christi duplex, crucis sc. & amoris.

3. Gm.

Cyprian.

August.

Cent. 2m.

Secundo est obseruandum circa materiam horum vestimentorum

vestimentorum nihil reperiri expresse præscriptum in Ecclesiasticis decretis, & ideo consulendus est v. s. ex quo; & ex modo loquendi antiquorum de his vestimentis, colligitur, Amicum & Albam ex linea materia confici debere. Vnde Raban. de instit. Cleric. c. 15. & Alcin. supra, dicunt, Amicum correspondere superhumerali, seu Ephod Bad, quo sacerdos seu Levitus veteri tabernaculo & templo utebatur, quod lineum erat, vt ex August. colligitur, lib. 7. q. in iudicium. q. 41. & ex Hieron. libr. 1. contra Iouinian. aliquantulum à principio, & epi. 128. ad Fabiolam, de veste sacerdotali, epi. 130. ad Marcellam, qui in hoc distinguunt Ephod Pontificale à Sacerdotali, seu Levitico, quod illud ex quatuor reb. contextum erat, hoc vero erat lineum: cui noster amicus respondere dicitur, & quidem, si vsus eius attente consideretur, hæc est ad illum aptissima materia. Alba enim linea esse debet, vt constat ex Rabano supra, & ex Innoc. lib. 1. de homicidio, cap. 36. & ex Rupertolibro 1. de diuini officijs, cap. 10. Vnde correspondere censetur veli Sacerdotum veterum, quæ (Poderis) dicta est, & linea erat, vt constat ex Hieronymo, dicta epi. 128. vnde & Lidorus, lib. 19. Etymol. cap. 21. Poderis (inquit) est tunica sacerdotalis linea vsque ad pedes descendens. imo hinc videtur hæc vestis (Alba) dicta, imo & vulgo (camisia) vocari solet, vt Lidorus notat, quæ omnia denotant ipsam futuram lineam, & hæc materia apta est, tam ad vsum, quam ad significationem huius vestis. Circa alia vero quatuor indumenta nihil inuenio de illorum materia à veteribus indicatum, & ideo certum est posse esse vellineam, vel laneam vel sericam, vel quacunque alia simili materia dummodo in tantum seruetur, quod apta sit ad tegendum humanum corpus, tanquam eius indumentum seu vestimentum: nam cum hæc instituta sint, tanquam vestimenta sacerdotalia, oportet, vt saltem constet ex materia ad vsum apta. Nullus autem color certus ac determinatus est de essentia talis materiae, quamuis ex congruitate quadam ordinatum sit, vt hæc indumenta certis quibusdam temporibus seu festiuitatibus certicium coloris existant, vt ex Missali constat, vbi nec proprium etiam præceptum traditur, sed regula tantum directiua.

Tertio obseruandum.

Tertio obseruandum est, circa formam horum vestimentorum duplicem distingui posse, vnam artificialem, alteram morealem seu sacram. Prior consistit in figura, de qua nihil aliud dicendum occurrat, nisi in hoc seruandum omnino esse Ecclesiasticam formam: nam sicut in alijs rebus artificialibus, vt sic, essentialis forma est ipsa figura, ita in his vestimentis. Quapropter, si illa notabiliter varietur vel destruat: non erunt vestimenta Sacerdotalia, quæ vt essent determinata, necessarium fuit, vt determinatam formam haberent, quam, tam ad vsum, quam ad significationem, aptam esse oporteat: huiusmodi autem esse hanc Ecclesiasticam formam, satis ex dictis constat. Posterior autem forma est benedictio, quæ ex institutione Ecclesiæ necessaria est in prædictis sex vestimentis: vt constat ex capite. Vestimenta. de Consecratione, distinctione 1. & ex vsu, & ex Pontificali Romano: de hac autem benedictione idem iudicium est, quod de alijs ornamentis altaris: de quibus supra dictum est. Pertinet enim ad essentiam eius, vt iuxta ritum Ecclesiæ fiat, qui habetur in Pontificali, & quod fiat à legitimo ministro, qui est Episcopus, vel simplex Sacerdos habens priuilegium ad hoc, vt supra dictum est, & late Syluester, verbo, Benedictio, quaest. 4. qui addit, quaestione 9. Vestes ab Episcopo schismatico benedictas, iterum esse benedicendas, quod nullo iure probat, & mihi valde incertum est, sed de hoc alibi latius. Similiter de duratione huius benedictionis eodem modo loquendum est, sicut de alijs rebus sacris supra diximus: nam si ita dissoluantur, vt figura amittatur, vel inepta sint ad vsum sacrum, amittitur benedictio, Franc. Suarez Tom. 3.

arg. c. Quod in dubijs, de Consecratione Eccles. vel altaris. Vnde si manica, Alba omnino separetur, perditur benedictio: vnde licet postea affluatur, iterum benedicenda est: secus vero erit, si priusquam figura, vel forma destruat, vestis ipsa reficiatur: secus vero erit, & affluatur: quia tunc semper vestis censetur manere eadem, & quamuis aliqua pars addatur non benedicta: nihilominus tota vestis semper censetur manere benedicta, & accessorium sequi reliquum quod principale est, sicut supra dictum est de templis, & ita in præsentia docent Paludan. distin. 13. quaest. 2. & 24. quaest. 3. Syluest. supra cum Gloss. dicto cap. Quod in dubijs, qui etiam addunt, si cingulum omnino frangatur, ita vt neutra eius pars per se sufficiat ad cingendum, amittere benedictionem, & ideo non posse in vsum venire, etiam si reficiatur: secus vero esse, si post ruptionem altera pars est sufficiens; nam in illa manet benedictio, sicut supra dictum est de altari: si vero antequam omnino diuidatur, reficiatur, vel etiam modo aliquo connectatur, sufficit ad vsum, quia pondum formam amittit, nec benedictionem. Rursus dicunt prædicti authores, posse stola in defurire loco cinguli, quia habet sufficientem formam ad illum vsum, nec cingulum determinat sibi aliquam aliam specialem figuram, & eadem ratione potest stola in manipulum commutari, quia sunt eiusdem figuræ, & maior vel minor longitudo non refert, si vsum non impediatur, qua propter etiam manipulus posset loco stolæ apponi, vt ait Paludanus, si sufficientem contingat habere longitudinem. Denique, si hæc vestes duplices sint, id est, ex duplici parte interiori & exteriori constantes, singula partes benedictæ manent, etiam si inter se separentur, & c. constat enim sufficiente materia, & habet integræ formam, & ideo ita benedicuntur, ac si essent plures casulæ, vel stolæ, quæ simul possunt vna benedictione benedicere. Vltimo de reuerentia & veneratione, qua hæc vestes tractandæ sunt, idem iudicium est, quod de alijs rebus sacris, tam quoad actus negatiuos, quam quoad positiuos, vt in sectione vltima disputationis præcedentis satis declarauimus.

SECTIO III.

Verum teneatur Sacerdos sub præcepto non facere sacrum sine vestibus sacris.

In hac re pauca dicenda occurrunt, suppositis his quæ supra diximus de loco, & vasis sacris, eadem enim doctrina, proportionem seruata, hic applicanda est. Primo ergo omnes Doctores, conueniunt, sex **Doctorem** vestimenta supra enumerata esse simpliciter necessaria necessitate præcepti Ecclesiastici ad hoc sacrificium celebrandum, ita vt, si non solum omnia, sed aliquod eorum voluntarie omittatur, peccatum mortale sit. Ita Paludanus, Soto & omnes in 4. dist. Palud. 13. Syluester, verbo, Missa. 1. & ibi alij Summistæ. Nauar. uar. ca. 27. n. 84. Qui ad hoc præceptum probandum solum afferunt cap. Ecclesiast. dist. 23. vbi præcipitur Sacerdoti, sub pœna excommunicationis, vt cum sacrificat, stola utatur, quod caput sumptum est ex Con. Brach. III. c. 3. cuius verba supra citauimus, ex quo sumi potest argumentum à simili, vel à paritate rationis, ad cætera vestimenta: sed tamen argumentum videtur inefficax ad probandum præceptum, & præterea in illo textu est specialis difficultas, quia eodem modo præcipitur Sacerdoti, vsus stolæ ad communicandum, sicut ad sacrificandum: diximus autem supra illud præceptum nõ obligare sub mortali in ordine ad communionem: ergo neque in ordine ad sacrificium, inde colligitur sufficienter præceptum. Quocirca fundamentum huius præcepti maxime sumendum est ab vniuersali consuetudine & obseruantia Ecclesiæ, quæ hunc ritum obseruat, tanquam necessarium, & maxime pertinentem ad reuerentiam huius sacramenti, & hoc modo potest

Rrrr 3 etiam

De duratione benedictionis sacrarum vestium quid sentiantur.

etiam induci prædictum decretum: nam illa lex retenta est quoad usum stolæ & aliorum vestimentorum in sacrificio: non vero extraludum. Et confirmari potest, quia eadem est ratio de his vestibus sacris, & de alijs ornamentis altaris, quæ ex præcepto necessaria esse diximus. Colligitur denique hoc præceptum ex cap. Vestimenta. de Conf. dist. 1.

a. Concl. Secundo dicendum est, necessarium etiam ex præcepto esse, ut hæc vestes sint benedictæ. Ita docent citati auctores, & reliqui omnes. Fundamentum est idem scilicet, quia hæc est consuetudo Ecclesiæ. Addit vero Scotus in quarto, distinctione 13. questione 2. in quibusdam locis consuetudinem obtinuisse, ut non oporteat cingulum benedici, & ideo licitum videri, ut cingulum non benedictum, & consentit Richardus ibid. articulo 3. questione 4. Sed hæc sententia, ut notavit Nauarrus supra, non videtur tuta, quia in Pontificali Romano eodem modo assignatur benedictio pro cingulo, sicut pro alijs vestimentis & quantum mihi constare potest, eadem est in hoc consuetudo de cingulo, quæ de alijs. Dubitari vero solet primo, an hoc præceptum tam rigorose obliget, ut neque propter mortis periculum liceat sine his vestibus sacrificare: nam Caiet. 1. 2. q. 69. art. 4. ita affirmare videtur. Quod durum visum est Nauar. loco supra citato. Sed nihilominus illa sententia, moraliter intellecta, vera est, de qua satis diximus in superioribus agentes de materia remota huius sacrificij: Est autem intelligenda de omnibus vestimentis simul: ita ut Missa dicatur solis communibus & vsualibus vestimentis, quod fieri non potest sine scandalo, & sine periculo magnæ irreuerentiæ. Prætermittere autem in casu necessitatis vnum vel alterum ex his vestimentis, præsertim ex minoribus ut stolam vel cingulum, viri graues censent non esse peccatum mortale.

Dubium 2. Secundo dubitari solet, an interdum possit excusari à mortali huiusmodi transgressio. Respondetur dupliciter posse intelligi posse huiusmodi lapsum excusari à culpa mortali, primo ex leuitate materiæ: & hoc modo non potest proprie hic intercedere talis excusatio, quia omnes auctores docent, omissionem cuiuscunque vestis ex prædictis esse sufficientem materiam peccati mortalis, non potest autem esse minor materia, quam sit omisio vnius vestis, amictus, aut cinguli, verbi gratia. Nisi quis dicat, posse aliquem uti veste non benedicta, & illam esse minorem materiam, sed reuera non est iuxta communem etiam sententiam, quia vestis non benedicta perinde existimatur ac vestis non sacra. Aliiter posset dici parua materia, si quis uteretur omnibus vestimentis benedictis, tamen immundis ac nimium laceris. Sed in primis hoc non est contra præceptum de quo agimus: quia ille reuera utitur omnibus vestibus præceptis iure positio: sed erit contra præceptum naturale sanctæ & reuerenter tractandi res sacras: in quo fateor sæpissime posse peccari venialiter, quamuis Syluest. verbo, Missa. 1. q. 2. §. 3. dicat, esse peccatum mortale, si vestes (inquit) sint enormiter immundæ, quia est contra præceptum Ecclesiasticum, latum in c. 2. de Custodia Eucharistiæ, sed ibi magis est sermo cum ministris vel pastoribus Ecclesiæ, ad quos pertinet cura & custodia rerum sacrarum, quam cum sacerdotibus: qui eis utuntur vestibus quibus possunt, seu quas in Ecclesia inveniunt, & ideo grauitas huius culpæ magis ex ipsa rei natura, quam ex iure positio prudenter iudicanda est. Ex alio capite potest excusari hæc culpa à mortali lapsu, vel etiam omnino à ratione culpæ, ex defectu voluntarij; & hoc modo dicunt omnes, si hoc accidat ex obliuione quadam naturali, vel negligentia, excusari à culpa, præsertim mortali. Ita dicit specialiter Soto, dist. 13. q. 2. art. 3. ad 8. & c. 4. Et videtur indicare in hoc esse aliquid speciale, quia hæc obligatio est de iure positio, & eodem fere modo

loquitur Victor. in Sum. n. 98. Caietan. verbo, Missæ celebratio. Sed ego in hoc nihil inuenio speciale, quia non est maior ratio de hoc præcepto positio, quam de alijs, quia pro ratione inaduertentiæ, vel negligentia erit maior & minor excusatio: si ergo in aduertentia sit profusus naturalis: quia vel illud non venit in mentem, vel bona fide existimatum est, non oportuisse maiorem aliquam diligentiam adhibere, & c. excusabit ab omni culpa: si vero negligentia fuerit culpabilis, leuiter tamen & abig aduertentia & voluntate, excusabit à peccato mortali, quamuis non à veniali. Si vero sit crassa & supina, non excusabit à mortali, ut Caietan. etiam faceret. Et ratio est, quia non tollit sufficiens voluntarium, & alioqui præceptum est validum: & hæc est regula seruanda in omnibus præceptis, & ideo dixi formaliter nullam esse differentiam, quamuis fortasse materialiter contingat in hac materia facilius accidere naturalem inaduertentiam aut negligentiam minus culpabilem, quia regulariter loquendo, bona fide proceditur, accedendo ad locum, ubi solent esse omnia vestimenta sacra & benedicta. Tertio dubitari solet, an in hoc aliqua obligatio occurrat circa vestes vsuales, quibus accedere debet Sacerdos indutus, ut sacris vestibus superinduetur. Et primum de calceis solet inquiri, an sit peccatum, nudis pedibus facere sacrum, ita ut oporteat accedere calceatum. De qua re nullum ius scriptum reperio, tamen consuetudo hæc esse videtur, quod Sacerdos ad altare sine calceis, sandalijs, vel huiusmodi non accedat: & ita seruandum esse sentit Syluest. esse præceptum, citans directorium, & ex Bernhardo, epistola Remensis. Richardus supra citati, qui, aduertunt non oportere, calceos esse benedictos, quod certissimum est. Nam hæc consuetudo non videtur introducta propter aliquam sacram significationem seu ceremoniam, sed propter maiorem honestatem ac decentiam, secus autem est de sandalijs, quibus Episcopi utuntur, ut constat ex Pontificali, & ex Bernhardo, epistola Remensis. Innocentio tertio in epistola ad Patriarcham Constantinopolitan. & ex Gregorio in capite, Per. Greg. uenit, dist. 93. ex li. 7. epistola 28. ubi significatur inferioribus Clericis non licere uti sandalijs seu compagis, quamquam, ut Alcuin. supra refert, olim Sacerdotes sandalijs etiam uterentur, quamuis diuersis ab illis, quibus Episcopi utuntur, in quibus varia mysteria & significationes, tam ipse Alcuinus, quam alij Scriptores, de rebus Ecclesiasticis considerant. Sed iam vsus ille sandaliorum in Sacerdotibus cessauit: vsus autem calceorum, ut dixi, non ad ceremoniam, sed ad decentiam pertinet. Vltimus vero inquiri solet, an è contrario necessarium sit, caput sacerdotis sacrificantis nudum, seu discoopertum esse, ita ut nullum peccatum sit, cooperto capite celebrare. Respondetur, circa hoc reperiri prohibitionem in iure. c. Nullus. de Consecrat. dist. 1. ubi tam Episcopus, quam Presbyter, aut Diaconus, ad solemniam Missarum celebranda, prohibetur introire cum baculo: aut velato capite altari Dei assistere, & qui tempore præsumpserit, communionem privari iubetur: & est decretum illud Zachariæ Papæ in Synodo Rom. cap. 13. Vnde per se loquendo, hoc fieri non potest sine peccato absque dispensatione, quæ in ceremoniali Romano exigi videtur. Nihilominus tamen, si grauis infirmitas aut necessitas id exigeret, nec posset tam facile dispensatio postulari, id fieri posset sine graui culpa; ut notat citatus textus in verbis illis: Qui temere præsumpserit, & hoc maxime verum est, quando talis necessitas & celebrandi modus non est continuus, sed solus semel aut iterum occurrit, & tunc etiam obseruandum est, ut creto sacrum fiat ad tollendum scandalum. De relicto vero corporis indumentis nihil inuenio esse specialiter præceptum, sed id est obseruandum, quod

quod in Missali admonetur, scilicet, ut Sacerdos ac-
tedat decenter vestitus, ita ut superior vestis talium
pedis attingat, quantum commode fieri possit. Ulti-
mo occurrebat hic dicendum de usu aliorum vesti-
mentorum sacerdotum, ut de his quibus uti debent
Diaconus, vel Subdiaconus in Missa solemnii, & simi-
libus. Sed in hoc nihil speciale occurrit dicendum, sed
solum servandam esse Ecclesie consuetudinem, & si
aliquid contingat omitti, cauendum esse scandalum,
vel contemptum, nam ex aliquo horum capitum fa-
cile poterit peccatum mortale committi: alias vero
ferre semper erit veniale, nisi materia sit admodum
gravis, & quae nimiam aliquam irreuerentiam inclu-
dere videatur.

ARTICVLVS IV.

Vtrum conuenienter ordinentur, quae circa hoc sa-
cramentum dicuntur.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quod inconueni-
enter ordinentur ea, quae circa hoc sacramentum dicuntur.
Hoc enim sacramentorum verbus Christi consecratur, ut Am-
brosius dicit in lib. de sacramentis. Non ergo debent aliqua in hoc
sacramento dici quam verba Christi.
2. Praeterea, Verba & facta Christi nobis per Euangelium
innotescunt. Sed quaedam dicuntur circa consecrationem huius
sacramenti, quae in Euangelio non ponuntur: non enim le-
gitur in Euangelio, quod Christus in consecratione huius sa-
cramenti oculos ad caelum leuauerit, similiter etiam in Euan-
gelio dicitur: Accipite, & comedite nec ponitur, omnes, cum in
celebratione huius sacramenti dicatur: Eleuatis oculis in cae-
lum. & iterum: Accipite & manducate ex hoc omnes. Incon-
uenienter ergo huiusmodi verba dicuntur in celebratione huius
sacramenti.
3. Praeterea, Omnia sacramenta ordinantur ad salutem o-
mnium fidelium. Sed in celebratione aliorum sacramentorum,
non fit communis oratio pro salute fidelium defunctorum. Er-
go inconuenienter fit in hoc sacramento.
4. Praeterea, Baptismus dicitur specialiter fidei sacramen-
tum. Ea ergo, quae pertinent ad instructionem fidei, magis debent
circa Baptismum tradi, quam circa hoc sacramentum, sicut
doctrina Apostolica, & Evangelica.
5. Praeterea, In omni sacramento exigitur deuotio fidelium.
Non ergo magis in hoc sacramento, quam in aliis deberet ex-
citari deuotio fidelium per laudes diuinas, & per admonitio-
nes, prout cum dicitur: Sursum corda.
6. Praeterea, Minister huius sacramenti est Sacerdos, ut di-
ctum est. Omnia ergo, quae in hoc sacramento dicuntur, a Sa-
cerdote dici deberent, & non quaedam a ministris, quaedam a
choro.
7. Praeterea, Hoc sacramentum per certitudinem operatur,
virtus diuina. Superflue ergo Sacerdos petit huius sacramenti
perfectionem, cum dicit: Quam oblationem tu Deus in omni-
bus, &c.
8. Praeterea, Sacrificium nouae legis multo est excellentius,
quam sacrificium antiquorum Patrum. Inconuenienter ergo,
Sacerdos petit, quod hoc sacrificium habeatur, sicut sacrificium
Abel, Abrahae, & Melchisedech.
9. Praeterea, Corpus Christi, sicut non incipit esse in hoc sa-
cramento per loci mutationem (ut supra dictum est) ita etiam
nec esse desinit: inconuenienter ergo Sacerdos petit: tube
hoc perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare
tuum.
Sed contra est, quod dicitur de Conf. dist. 1. Iacobus frater
Domini secundum carnem, cui primum creditur est Hierosoly-
mitano Ecclesia, & Basilius Casariensis Episcopus addiderunt
Missae celebrationem. Ex quorum auctoritate patet conueni-
enter singula circa hoc dici.
Respondedo dicendum, quod quia in hoc sacramento totum
mysterium nostrae salutis comprehenditur, ideo praeter ceteris sa-

cramentis cuius maiori solemnitate agitur. Et quia scriptum est,
Eccles. 4. Custodi pedem tuum, ingrediens domum Domini,
& Ecclesiast. 18. Ante orationem prepara animam tuam, id-
e ante celebrationem huius mysterii, primo quidem prae-
mittitur preparatio quadam ad agendum ea, quae sequuntur.
Cuius preparationis prima pars est laus diuina, quae fit in in-
troitu, secundum illud Psal. 49. Sacrificium laudis honorifi-
cabit me, & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei. Et sumi-
tur hoc ut pluries de Psalmis, vel saltem cum Psalmis canta-
tur, quia, ut Dionysius dicit in 3. cap. Ecclesiasticae Hierar-
chie Psalmi comprehendunt per modum laudis, quidquid in
sacra Scriptura continetur. Secunda pars continet com-
memorationem praesentis miseriae, dum misericordia petitur, di-
cendo, Kyrieleyson, ter quidem pro persona Patris, ter autem
pro persona Filij, cum dicitur, Christeleyson, & ter pro perso-
na Spiritus sancti, cum subditur Kyrieleyson, contra tripli-
cem miseriam, ignorantiam, culpam & poenam, vel ad significan-
dum, quod omnes personae sunt in se iuicem. Tertia autem pars
commemoratur celestem gloriam, ad quam tendimus post praesentem
vitam & miseriam dicendo: Gloria in excelsis Deo, quae cantatur in festis, in quibus commemoratur celestis gloria:
Intermittitur autem in officijs laetuosus, quae ad com-
memorationem miseriae pertinent. Quarta autem pars continet
orationem, quam Sacerdos pro populo facit, ut digne habeantur
tantis mysterijs. Secundo autem praemittitur instructio fide-
lis populi, quia hoc sacramentum est mysterium fidei, ut su-
pra habitum est. Quae quidem instructio dispositiue quidem
fit per doctrinam Prophetarum & Apostolorum, quae in Eccle-
sia legitur per Lectores & Subdiaconos. Postquam lectionem
cantatur a Choro Graduale, quod significat profectum vitae,
& Alleluia, quod significat spirituales exultationem, vel
Tractus in officijs laetuosus, qui significat spirituales gemitum:
Haec enim consequi debent in populo ex praedicta doctrina:
Perfecte autem populus instruitur per doctrinam Christi in
Euangelio contentam, quae a summis ministris legitur, scilicet
a Diaconibus. Et quia Christo credimus tanquam diuina ve-
ritati (secundum illud Ioan. 8. Si veritatem dico vobis, quare
non creditis mihi?) lecto Euangelio, Symbolum fidei cantatur,
in quo populus ostendit, se per fidem Christi doctrinae assentiri
Cantatur autem hoc Symbolum in festis, de quibus fit al-
liqua mentio in Symbolo, sicut in festis Christi & B. Virginis &
Apostolorum (qui hanc fidem fundarunt) & aliis huiusmodi.
Sic igitur populo preparato & instructo, consequenter accedi-
tur ad celebrationem mysterii, quod quidem & offertur ut sa-
crificium & consecratur & sumitur, ut sacramentum. Vnde
primo peragitur oblatio, secundo consecratio materia oblata.
Tertio eiusdem perceptio.

Ca. 3. Eccl
Hier. inter
prim. & mo.

q. 78. art. 3.

Circa oblationem vero duo aguntur, scilicet, laus populis
in cantu Offertorii (per quod significatur laetitia offerentium)
& oratio Sacerdotis, qui petit, ut oblatio populi sit Deo ac-
cepta. Vnde & 1. Paralipom. 29. dixit Dauid. Ego in simplici-
tate cordis mei laus obtuli vniuersa haec, & populum tuum,
qui hic receptus est, vidi eum ingenti gaudio tibi offerre do-
naria, & postea orat, dicens. Domine Deus custodi hanc vo-
luntatem. Deinde circa consecrationem, quae supernaturalis
virtute agitur, primo excitatur populus ad detestationem in-
presatione, vnde & m-nerur sursum corda habere ad Do-
minum. Et ideo, finita praesatione, populus deuote laudat di-
uinitatem Christi, cum Angelis, dicens Sanctus, Sanctus,
Sanctus, & humanitatem, cum pueris dicens: Benedictus,
qui venit: Deinde Sacerdos secreto commemorat primo qui-
dem pro quibus hoc sacrificium offertur scilicet, pro vniuersa
Ecclesia, & pro his, qui in sublimitate constituti sunt. 1. Tim.
2. & specialiter quosdam, qui offerunt, vel pro quibus offertur.
Secundo commemorat Sanctos, quorum patrocinia implorat
pro praedictis, cum dicit, communicantes & memoriam
venerantes, &c. Tertio, petitionem concludit, cum dicit, haec
oblatio sit illis, pro quibus offertur; salutaris. Deinde ac-
cedit ad ipsam consecrationem, in qua primo petit conse-

De aonsec. d.
1. e. Iacob.
frater Do-
mini.